

## **Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia**

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvvtvs Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

**Raynaud, Théophile**

**Lugduni, 1665**

Capvt IV. De naturalibus & supernaturalibus perfectionibus, voluntatis humanæ Christi Domini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](#)

utia. Nam ut supra tradidimus, Christus à primo conceptionis momento meruit, prælucente voluntati aliquo actu scientie supernaturalis viatoibus confessuus, que nulla in Christo fuit præter infusam. Si ergo Christus, tunc ob organorum indispositionem non posuit converci ad phantasmata, manifestè efficiat, scientie infusa vsum in Christo non eguisse prædicta conseruare. Accedit quod legitima causa necessitatis quo premittuntur, ut inter intelligendum convertantur ad phantasmata, non habet locum circa scientiam infusam. Dimissis autem varijs necessitatibus illis exponenda rationibus illegitimis, de quibus suo loco plenè et actum, vera causa est que à D. Thoma instruatur, varijs locis signatis à Capreolino 1.d.35. q.1. ad 1. *Aureoli contra 2.* & tangitur etiam à Scotio in 4.d.45. q.1. ad 3. ac in 1.d.3. q.6. *Hiera R. & S.* & à Myronio ibid. quæst. 10. dub. 3. nec non ab Ochamo in 4. quæst. 12. art. 1. ad 1. in fine *questione*. Nimirum scientia nostrum intellectum quippiam speculanter convertit ad phantasmata, quia species quibus speculan- nos, hanc sunt a sensibus tanquam administris, quos qui intrinsecus est forma corporis, eique in hoc statu obli- gat, ut loquitor D. Thomas 3. p. quæst. 11. art. 2. ne- cedat probatio animæ ministerium aliquod, circa il- la operationes quarum principia hausta sunt a sensi- bus, & à quibus etiam initiumcepit eorum exerci- tium. Præsent autem sensitus potenter ministerium aliquod ad operationes illas, determinando denuò intellectum ut primò fecerunt, cum intellectui ad pri- mum intellectuonem, & specierum fabricationem præ- pararent. Nam quanquam interdum origo cogitandi ulce- re de se aliqua, videatur proficisci à voluntate cui intellectus debet prælucere: tamen sicut prima intel- lectus illius prælucens inchoatio, ortum habuit à determinatione phantasie, ita etiam cum voluntas applicata est intellectum ad profundiorum vel vte- rem intellectuonem de re quapiam, aut certè ad cognitionem rei akerius, connexa cum re iam cogita- tione voluntas prius natura applicat phantasmam, & hoc ipsi intellectum ad intellectuonem phantasie at- tendit, non contra: ut pater ex eo quod cum phantasma ob materialitatem suam corruptitur, non possimus intelligere aut recordari rem præcogni- tum: quod tamen non esset factu operosum, si esset in potestate intellectus abripere phantasiam. Ex his ergo perficie efficitur, fundamentum quo nictitur nostra in hoc statu necessaria conversionis ad phantasmata, deficere in vno scientia Christi infusa.

Hinc verò ulterius inferre licet, contra Aluarem 3. ps. 3. & Ragulam d. 9. Scientiam infusam Christi, non modò non eguisse conuerzione ad phantasmata, sed ne exerceri quidem cum ea potuisse. Ait quidem S. Thomas quæst. 11. art. ad 3. potuisse Christum con- verti ad phantasmata inter intelligendum, & aperte agere de scientia infusa, ut pater ex articuli titulo, & ex scopo in quem collimat argumentum cui responderet: ut proinde non bene Vasques 3. p. d. 52. cap. 2. num. 12. locum illum declineret, dicens S. Thomam non expo- nere de qua Christi scientia agat, ac proinde nihil esse necesse cum locum accipere de scientia Christi infusa. Ex articulo item 4. vt Vasques fatetur, liquet S. Thomam de scientia infusa agere, eique tribuere, ut qui cum exercet, possit converti ad phantasmata. Hoc iugiter fatetur à S. Doctore asteti, sed alio sensu quam hic loquuntur de conuerzione ad phantasmata. Sensus enim S. Thomas duntaxat est, posse quempiam, intel- lectum exercere scientiam infusam per intellectum, exercere quoque phantasiam suo modo circa idem objectum, & concomitante elicere phantasiationem simili & intellectuonem eiusdem rei. Sed hoc, nisi aliud addatur, non est converti ad phantasmata, propriè & in sensu in quo hactenus de ea conuerzione locuti fu-

mus, cum eius necessitate exemimus scientiam infu- sam. Necesse igitur est, supra illam utriusque potentie in operando concomitantiam, addere connexionem utriusque cognitionis, & dependentiam aliquam in- tellectus à phantasiatione, obinde factum eius ini- tium, ac deriuata indidem eius principia. Cum autem hæc ratio non habeat locum circa scientiam infusam, manifestum videtur, vsum huius scientie non inferre, nec compati conuerzionem ad phantasmata.

*Scientia beata, absque ipsis defectibus; summa capitu, & usus doctrinae.*

222. Iam verò ex disputatis circa scientiam Christi infusam, per sequentem quid sit affirmandum de scientia Christi beata, quod duos defectus quos excutimus. Nempe negandum est, esse in scientia Christi beata, locum vel discursu, vel conuersioni ad phantasmata. Si enim hæc non cadunt in depresso notitiam, que non est necessariò coniuncta cum beatitudine, & tam- men ob perfectionem suam, & independentiam à sensibus in oru suo, non subiicitur defectibus illis de quibus agimus, multo magis idem affirmandum erit de scientia Christi beata. Sed hæc quod ex quæ dicens sine de quacunque scientia beata, non sunt huic tractatio- ni pecunaria. Quare receptui canamus, exhibito pro more capitii breviculo & usu doctrinae. Breuiculus, hic esto.

Cum tanta Thesaurorum sapientie & scientia Dei vberitate in intellectu Christi humano, non habuit in eo locum ignorantia, & multo minus error propriè acceptus, sine culpabilis sive inculpabilis, quanm de potentia absolute, errorem innoxium permisit in Christo nihil veruit. Absuerunt item à Christi intellectu, ob viciniam cum errore, & motu quo ducuntur ca- ducitatem, opinio, & fides humana. Fides verò divina, ac prudencia insula viatorum, nec non Theologia Christiana, ob incidentiam statui Christi beatifico incongruentem. Tandem defectus nostrarē, in cognoscendo per d. scutum, & conuersionem ad phantasmata, cognitioni Christi acquisita, seu naturali, conseruntur, ab infusa & beata proflus exulant.

Vus doctrina esse debet, partim suspeccio benignitas divinae que humanitatem Verbo sive fonte sa- piencie in excelsis coniunctam, ad tam humilem co- gnoscendi modum quantum in scientia acquisita no- taverimus, demittere voluit, ut optimè aduerit Richardus Victor. l. 1. de Eman. cap. 16. partim suspeccio ma- gniscentie Dei in Christo, & supra nostram in co- gnoscendo paupertatem evocatio quadam alias scientias, quas nostris fecibus liberas & undecumque illimes praestare placuit.

#### CAPUT IV.

*De naturalibus & supernaturalibus perfectionibus, voluntatu humana Christi Domini.*

**A** Perfectionibus intellectus, transeo ad voluntatē Christi perfectiones: quæ cum in natura, cum in gratia, ac glorio ordine distingui possint, vel in actu secundo, vel in actu primo. Actus quippe secundi, perficiunt voluntatem; & quidem multo magis quam actus primi à quibus prodeunt, tamen actus secundi ferè careant stabilitate & permanenta quæ in actibus primis cerni solet. Habent hoc quoque actus secundi præcipuum, quod ad eos destinantur primi. Vnde isti, sicut constituntur, ita & dignoscuntur per actus secundos, à quibus proinde auspicandum est; eo pri- mū constituto, vel potius supposito, quod iam circa intellectum diligenter discussimus; nempe voluntatem Christi creatam; non increata, sed creata voli- tione

tione tamquam forma, prosecutam fuisse bonum, & auersatam malum, quæ est tota voluntatis sphæra.

*Perfectiones actuales cuiusvis ordinis, in Christi voluntate.*

223. Fuisse in Christi humana voluntate, actus aliquos creatos cum naturales, tum supernaturales, est extra controveriam. Quamvis enim quoad intellectum, aliqui ut supra vidimus, affirmarent Christum intellexisse, aut intelligere potuisse per intellectualem Dei incretam, excluso actu proprio cognitionis, creatæ tamen quoad voluntatem, nemo fuit qui idem diceret, sed omnes in Christo voluntatem creatam agnoverunt: idque ex gemina Christi voluntatis assertione superiori posita aduersus Monothelitas, ratus videatur, nec tardus fuitur à Patribus, pulcherrimeque à S. Hypolito aduersus Beronem. Locum descriptum Turianus l. 1. de Euchar. cap. 21. Fuisse sane supernaturæ in Christo potentia voluntatis, nisi operationes ad quas ordinatur, el ciuitat, quandoquidem absque incongruitate id poterat: quod dico, ut repellam aut potius præueniam velum quod vibrat in nos porit, ex otiositate facultatis generatiæ, qua verè Christo concessa est, nec tamen in actum vnuam erupit. Sed præterquam quod in pectora plorosque, ea facultas à vi nutritiva non discrepat re ipsa; (ita enim tradit Suarez t. 1. 3. pd. 10. sect. vlt. in fine. Comimb. 2. animæ cap. 4. q. vñica. Rubius tota q. 2. de potentia vegetat. & q. 3. num. 68.) quo pacto non deest eius facultatis exercitium: præter hoc inquam, quod mihi minus arrideret, displicuitque S. Thomæ 1. p. q. 78. art. 2. constar vsum facultatis generatiæ in Christi futurum fuisse incongruum, quod de vni voluntatis singi non potest. Itaque erupit haud dubie voluntas Christi, in actus creatos, Quod intelligo generaliter de omni ordine actuum, complectendo cum actus ordinis naturæ quos voluntas veluti domésticos & connaturales crebriter profundebat, etiamque extrinsecus ad Deum gratia auctorem definitione, honestos supra naturam: Tam planè supernaturales viæ, quos ex merito Christi evidenter conuincimus ab humana eius voluntate prodijisse: Tam denique supernaturales spectantes ad ordinem gloriae, quies Christi etiamnam viatoris voluntatem fuisse exornatam, aperte habetur ex dictis de perfectionibus intellectus Christi etiamnam viatoris, inter quas etiam numerauimus visionem beatitudinem. Ex ea vero progerminare actus voluntatis gloriam consummantes, nemo non vider. Quare habemus manifestè in Christi voluntate perfectiones actuales cuiusvis ordinis: naturæ inquam, gratiae, ac glorie. Ita ut nullus sit voluntatis actus perfectus, & cum statu Christi consentiens, quo honestatam fuisse eius voluntatem negare debeamus.

224. Nec ex numero huiusmodi actuum imperfectione vacuant, Christo que assignabilium, eximendi sunt actus inefficaces. Nam tales quoque actus in Christi voluntatem cedentur: nec verum est eos imperfectione aliqua forderem, cum certi si eos in Deum ipsum cadere. Multa quippe vult Deus quae effectum non sortiuntur, v.g. salutem reproborum: ac proinde non vult ea nisi inefficaciter. Et in nobis ipsis, multi tales actus sunt valde perfecti, quos passim exprimitis verbo optaci modi *vellem*: non quod significare velimus, actum non ponit re ipsa in voluntate; ponendum autem esse, si conditio aliqua interueniret; (hoc enim plerumque verum non est, ut suo loco tradidi in *Physicis*, & specialiter de actu aversativo occupatio circa impossibile idem monstrari in *Moralis* Dist. 3. à num 204.) sed quod actus ex parte subiecti absolutus, & re ipsa exercitus, ob conditionem se tenetem ex parte obiecti, sic exprimatur. Sic enim actus

peccatoris quo detestatur peccatum à se iam admisum, & irrevocabiliter transactum, est actus re ipsa exercitus & de facto afficiens voluntatem, tametsi ex parte obiecti involueretur conditio illa, si esset possibile. Estque actus ille valde bonus & perfectus ac magni meritum, si conquestiar requiritur ad meritorum ornamenti. Non ergo cur à Christo ablegatos velimus quos in voluntatis actus inefficaces, & ex parte obiecti conditionatos, perinde ac si continerent imperfectionem cum Christi dignitate pugnantem. Imo Scriptura aperiè produnt tales aliquos voluntatis actus in Christo fuisse. Referunt enim Christum habuisse actum, volendi non mori, si id ferret Dei benefacitum; ita ut iuxta naturalem inclinationem refugeret mortem: qui dicitur actus voluntatis ut natura, tametsi consultis rationibus aeterni mori volebat, quia voluntas ut ratio, efficaciter obstat naturali illi inclinationi, & mortis perpessionem indicebat. Ita enim eas voces voluntas et natura, & voluntas ut ratio, accipere oportet cum Durando in 3. d. 17. q. 1. num. 6. Non dico cum Ragusa t. 1. 3. pd. 130. dub. 1. actus inefficaces reperire tantum in voluntate ut natura est, sive propterea refugiente propria incommoda; nec reperiri voluntate ut est ratio. Sed tametsi exemplum protuli in materia, non dubito quin possint quoque similes actus cadere in voluntatem ut est ratio, cum videamus in Deo reperiri actus voluntatis inefficaces, tum circa finem, tum circa media. Non enim vult nisi efficaciter salutem reprobrum, & media eam de facto causatrix; qui tamen actus sunt diuinæ voluntatis ut ratio, quandoquidem Deus in illis non spectat commodum suum, & ex aeterna sue sapientia scitis ac regulis ad eas volitiones præluculentibus dirigitur. Cadere igitur in Christum potuisse huiusmodi actus, datum esto. Atque ita habemus in vniuersum quorum actuum voluntas Christi humana capax fuerit.

Nunc signillat attingendi sunt quidam actus singularium illorum ordinum, de quibus tametsi perfecti & Christum non dedecentibus, dubitamus a nonnullis est, habentes in Christo locum. Inter naturales actus, sunt tristitia, & electio. Inter supernaturales viæ, votum, iuramentum, (verique enim hic actus in voluntate est, saltem præsuppositio; vnde & virtuti voluntatis, seu religioni tribuuntur;) amor infinitus à beatifico distinctus, spes actualis, & timor Dei. Inter actus gloriae, dilectione tempore passionis.

*Reiecti, qui voluntati Christi, abrogaverunt tristitiam.*

225. Primus naturalis actus voluntatis, quæ aliquip Christo negasse dixi, est tristitia. Porro tristitiam hic considero, quatenus ad superiorem partem pertinet. Nam de tristitia appetitus sensiti, sive de dolore, agendum infra cum de appetitu sensu sermo ent. In parte ergo superiori, sive in voluntate rationali, habuisse Christum tristitiam, negat Caietanus 3. p. q. 46. art. 7. argumento ducto ex summa delectatione, voluntatem Christi occupante ratione beatitudinis quæ Christus potiebat. Cum tanta namque delectationis immensitate, quis potuit locus esse tristitia? Hoc argumentum ut dilucet Canis 12. de locis c. 14. ad ultimum, è contrario dixit, in voluntate Christi per tempus saltem passionis, non fuisse summum illud gaudium: Tristitiam tamen fuisse, eo quod satisfactio Christi pro nobis, id forte omnino videatur. Nos de tristitia & gaudi summi cohaesione in Christo, & a recte à Cano relecta si delectatio, infra videbimus.

Nunc subscriptibus Cano tristitiam in Christi voluntate admittenti, quod probatur quia tristitia concipiatur, quoties aliquod maleum nobis noletibus accidit. Atque voluntas Christi superior, propterea natura est.

et, resugiebat mortem & crucifixum, ut admitit D. Thom. 3. p. q. 8. art. 6. & art. 5. idem habet ex S. Augustino aduersos Maximinum. Tristitia igitur est Christus voluntate ut natura de malorum illorum perpetuatione; & de alijs præterea obiectis infra referendis tristis est voluntate ut est ratio. Accedit quod sacrificium Deo Spiritus contribulatus, ut proinde non visitare dubium, quin Christus sacrificium pro peccato à se Partioblatum, hac interni istius sacrificij accellus honeste & cuncte voluntate voluerit. Præteritum cum utilitas voluntatis superioris, si contraria peccato medicina: & par fuisse videatur, ut in qua facultate, peccati malignitas pellicente delectione illicita concipiatur, in eadem remedium morbo nostro per assumptionem tristitiae pararetur. Optimum quoque argumentum suppedit S. Hieron. in cap. 26. Math. ad illud tristis est anima: Tantum enim abest, ut tristitiam superioris partis Christi neget, ut potius ex ea sic infestat rationalem Christi animam. [Dicant ergo qui invincibilis Iesum sumptuose animata suscipiant, quomodo contristetur & noverit tempus tristitiae. Quamquam enim & bruta animalia marcant, tamen non noverint, nec causas, nec tempus, vsque ad quod debent contristari.] S. Augustinus 14. Cuius. cap. 9. admitit, Christum eos natura nostra affectus voluntatis suscepimus, qui de amore boni & sancta charitate venimus: quos inter, est tristitia secundum Deum, quam idcirco nominatum Christo attribuit. Et sanè tristitia voluntatis, in nobis pro peccatis nostris maximè laudans: prouidèque à Christo debita nostra dilectione, convenientissime est Patri exhibita.

116. Quod aliquid duriosculè in hanc rem locutus videatur S. Ambrosius, nonnulla eius loca perspicua, signanda sunt lib. 2. de fide ad Gratianum cap. 3. [Si]en fuisse patet (inquit) voluntatem meam, suscepit voluntatem meam. Confidentes tristitiam nomino, qui enim præ co. Mea est voluntas quam suam dixit, quia ut homo suscepit tristitiam meam, ut homo loquuntur. Ideo ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Mea est tristitia, quam meo suscepit affectu. Nemo enim mortuus exultat. Mihi compatitur, mihi tristis est, mihi dolet. Ergo pro me, & in me doluit, qui pro se nihil habuit, quod doleret. ] En quā apertū S. Ambrosius, tristitiam in Christi voluntate agnoscit. At voluntas propriè est appetitus superior, non autem sensus. Eodem refero illud ciuidem sancti Ambrosii Ide interpellat David. [Nolo mireris, si Propheta animam suam dicit esse exigitaram, cum dixerit ipse Dominus Iesus, nunc anima mea turbata est. Qui enim suscepit infinitates nostras, nostrum quoque suscepit affectum, in quo & tristis erat vsque ad mortem, non propter mortem. Mors enim voluntaria, mæstitia habere non poterat, in qua futura erat vniuersorum letitia, vniuersorum refectione, de qua & alibi dicit: Et surrexi, & vidi, & somnus dulcis factus est mihi. Bonis somnis qui fecit non eliruntur, non sibi facientes, quibus Sacramentorum dulcedinem praeparauit. Quomodo ergo anima eius timore turbata est, qui fecit aliorum animas non timere? Tristis ergo usque ad mortem, donec consummaretur gratia, quod probaverunt ipsius testimonio, dicentes de morte sua: baptizari, & quomodo angor, dum persisteratur.] Scimus S. Ambrosij est, tristitiam in Christi voluntate non fuisse involuntariam sicut ferè est in nobis: nihilominus tamen ut gracia consummaretur, nōsne à peccato erueremur, Christum voluntate sua subiacuisse tristitia, eamque vltro admisisse: Insignis est in hanc rem ciuidem S. Ambrosij disputatione in cap. 22. Luce si illud pater si possibile est, adducenda cum deo ore.

Nec verò absque ingenti miraculo poterat Christi voluntas tristitia subducere, dolente (ut supponimus,) et

appetitu sensitivo. Nam naturaliter ob radicationem in eadem anima, refundi debet dolor à parte sensitiva ad voluntatem superiorē, qua est facultas eiudem suppositi; & malum per potentiam inferiorē reputandum, necessariò repudiat ut natura est; qua est D. Thomas, Scotti, Bonaventura, & Aleris ratiocinatio apud Gabrielem in 3. d. 1. 5. quæst. vñica litera G. Fuisse igitur, in Christo tristitiam de qua agimus, extra controvèrsiam esto.

### Abyssus tristitiae, in Christi voluntate.

227. Quinimò vehementissimam fuisse Christi tristitiam in appetitu superiori, sive in voluntate rationali, certissimum videtur, itaque non minus luculentia, quam longa oratione prosequitur Gabriel Biel tract. de passione, part. 1. & benè etiam sed brevius Hentius Vrilius 1. de descensu Christi ad inferos numer. 8. consideratis varijs capitibus, ex quibus voluntas bene ordinata potest tristitiam concepere deliberatè, quæ renovat ad tria. Primum est carentia fruitionis Dei, in se, aut in alio. Secundum, peccata propria, vel aliena. Tertium, mala pœna imminentia propria personæ, vel alienæ. Sicut enim voluntas bene ordinata vulnus primo Deum, deinde media ad eum, tandemque alia inferiora bona ad exigendam vitam opportuna, deque bonis illis adeptis gaudet: Ita voluntas si bonis illis excidat, non potest non tristari: eoque vehementius quo liquidior fuerit notitia ex quo ad eorum prosecutionē excitatur. Christus ergo, sicut voluntate appetitje omnibus fruitionem Dei, & media ad eum secundum, quantique esset omnes eō pertinere perspecte evidenterissime, ita de mortalium propè infinitorum auerione à fine in quem conditi fuerint, de inutilitate fusi à se sanguinis respectu innumerorum spirituum gratia contumeliam facientium, tōque beneficiorum imbriciorum abundantiam ad scelus; de eluvione denique malorum orbem vniuersum inundante, non potuit non perfundi immensa tristitia amaritudine.

Nec prætereunda leviter est, ingens tristitia specialis, ex ruina & clade populi è quo secundum carnem prodierat. Quantam enim angoris molem, occupasse inde benignissimum Domini animum oportuit, cum S. Paulus eius charitas præ Christi charitate rigebat, continuum cordi suo dolorem fuisse; iuramento adhibito confirmare, quod gens ex qua Christus secundum carnem extiterat, quorum erat gloria, & adoptatio filiorum, & patres tam eximij, excidissent prærogationis illis, & quidem ob peccatum, omnium que admissa ab omni ævo fuissent immanissimum; ipsius inquam Dei, per vilcerā misericordia suę visitantis nos, tristitia cedem. De ceteris item offensis in Deum, pro magnitudine amoris quo eum prosequebatur, & gratia ex qua operabatur, concepibat tristitiam. Fuit hæc, planè singularis causa tristitiae mitissimo & humanissimo Domino, & in qua ipsem apud Psalmum testatur Psalm. 68. socium se nullum ac participem tristitia habuisse. Alii enim, sustinuit qui simul mecum contristarebantur, & non fuit: quod ad rem prætentem, ita ibi accommodat S. Augustinus. [Hanc sententiam si retrahemus, quæstio nonnulla poterit oboriri. Nunquid enim discipuli eius non sunt contristati quando dæctus est ad passionem, quando ligno suspensus, quando mortuus? Usque ad eum contristati sunt, ut illa Maria Magdalena, qui pridem eum dedit, gaudens lugentibus nuntiaret quid viderit. Evangelium ista loquitur. Non nostra præsumpto, non nostra suspicio est. Constat doluisse, constat luxisse discipulos. Extraneæ mulieres flebant, quando ad passionem ducebatur, ad quas conseruatis, fletu super vos sed nolite flere me. Quomodo ergo sustinuit qui simul contristaretur, & non fuit? Attendantus, & innueniens erit & lugentes, & plangentes. Inde nobis mita vide-

tur ista sententia, sustinui quā simul cōtristaretur, & non fuit: & consolantes & non inueni. Iocundamus diligenterius, & videbimus eum sustinuisse qui simul contristaretur, & non fuisse. Contristabatur enim illi carnaliter de vita mortali, quā mutanda fuerat morte; & reparanda relurktione. Hinc erat illa tristitia. De illis enim esse debuit tristitia, qui ceci medicum occiderunt, qui tanquam perniciose febentes phreneticī, faciebant iniuriam ei, à quo illis fuerat salus allata: ille volebat curare, illi lèvire. Hinc tristitia medico. Quare vetum inuenierit huius tristitiae comitem? Non enim ait, sustinui, qui contristaretur, & non fui; sed qui simul cōtristaretur: id est ex eare, quā ego cōtristabar, & non inueni, ] &c. [ Ergo in tristitia quam habebat Dominus de illis, pro quibus oravit, pater ignoce ille, quia nesciunt quid faciunt, nullum comitem inuenit.] S.Ambrosius lib. 7 in Lucam ad cap. 12. p. 2 admodum philosophatur de causa tristitiae tantum in Christo ex desiderio subleuationis nostræ, & mortis redēptionis, iuxta illud ipsiusmet Christi quod allegat, baptismo hæbō bapizari, & quomodo coarctor donec perficiatur? Ex his vñconque coniectari potest, quante abyssus tristitia, ex obiectis tristibus ad quæ appetitus inferior non attingebat, volumen ētiam Christi occupauerit: Tantum abest, ut tristitiam voluntati illi infessisse, negari possit.

*Meracitas tristitiae in Christo, & quomodo ab Angelo sit confortatus.*

218. Imò quod vñquam ægrè in viro viatore conrigit, sicut in Christo sub tempore passionis, mera & pura tristitia, nulla planè gaudi; admistione diluta. Nam quamvis esset in Christo summum gaudium quod patrem superiorē, tamen quod Caetanus ipse in cap. 22. Lucæ recte vidit, nulla fiebat pars superioris animæ, quatenus vberitate deliciarum celestium redundantis, communicatio ad inferiorem: quo nomine animam accipio, prout exercentem quoniam actus inferiores beatificis. N.c est innerisimile; codem modo eas voces accepisse Caetanum, prouinde fortassis non negasse aboliriē tristitiam in voluntate superiori, & vt natura, & vt ratio est: sed tantum ut Deo beatificè viro adhæret; ut scilicet significetur, illud Domini gaudium id quod Christus intrat iam ex hac vita, temeratum non fuisse per tristitiam partis inferioris; id est animæ, prout quoscunque actus inferioris ordinis exercet. Vt, vt verò senecit Caetanum, qui saltē incommode locutus est quoad rem propositam, verè addebat Christi tristitiam per tempus passionis, & in eius adiuto, puram & putam tristitiam, nulla ex parte mitigatam fuisse.

Accedit quidem Angelus confortans, sed eam consolationem Christus non admisit. Quin etiam S.Epiphanius audimus, Angelos non astitit Christo ut consolator, & tristitia depulso, sed ut laudator & paco ex imitate eius fortitudinis. [ Vñsus est (inquit) S.Epiphanius plenè hæc. 69. & breuius in Anchoreto] Angelus Domini confortans ipsum. Non quod confortatione Angeli opus habebat, qui maior Angelis est, cui flectit se omne genu, ecclœsum, terrestrium, ac inferorum, ut qui tempore est Deus Verbum, & semper est apud Patrem, & ex ipso genitus est: sed ut impleretur illud in cantico magno Mosis in deserto composto, in quo dixit; Adorabunt ipsum omnes filii Dei; & confortent ipsū Angelis Dei. Confortent ipsum dixit, non quod exhibeant ipsū robur, sed quoniam inualiu gloriificatio, ut in his glorificant Deum: cum Angeli & spirituali animalia superne clament ac dicant; tua est potencia, tuum est imperium, tuum est robur. Sic etiam Angelus vñsus est coram discipulis adorans suum Dominum, non igno-

rans excellentiam benignæ ipsius erga homines dispensationis, verum admirans tantam in ipso esse mansuetudinem, quæ diabolum superauit, quæ aculeum mortis costruit, quæ de principatibus ac potestatibus trüphanit, quæ peccatum confregit; & proper excellentiam admirationis, in glorificatione, Angelus adorans dixit; tua est fortitudo Domine. Tu enim sit prænatis contra mortem & infernum & contra diabolum, ut conserueris aculeam ipsius, & expuleris ab humana natura.]

Approbat Epiphanius Leontius l. 3. contra Nestor. & Eutychem numer. 37. conclamans in Theodorus Mopsuestum: Nam is quem adducit Leontius Cypriens Episcopum, ipse est S.Epiphanius, qui sic expoluit confortationem Angelis, in id intensus, ut telum quod Ariani ex ea Christi per Angelum confortatione in eius diuinitatē intorquet; & avertet comode. Quia ipsa ex causa, abrasus est cōdibus quorundam olim Catholicorum, locus ille Euangelicus, ut patet ex S.Hilario 10. de Trinit. & ex D.Hieronymo l. 2. aduersus Pelag. & ex anathemate quod S.Athanasius lib. de beatitud. filij Dei intorquet in expungentes hanc confortationem ē textu Sacro. Et vere, Arianium argumentum erat planè ludicum, quia non seruebantur humana à diuinis. Itaque verè Christus, humana voluntate, etiam superiore, tristis est; verique & propriè eum Angelus confortauit, tamē nisi extrinsecus non dūntaxat assumptionem similiū motuum externorum & compositionis ac confederationum, ut commentatur Pineda in cap. 2. lobī verf. 1. num. 6. sed etiam per expressionem & exhibitionem motivorum ad confortandum idoneorum, non tamē nisi extrinsecus factam. Eo ferè modo quo illum alii per suggestionem tentauit malus Angelus, ut Caetanus recte obseruauit, ad caput Luca citatum. Neque tamen tristitia Christi per eam confortationem dura est vel remissa, quia quamvis Christus admisit Angelum confortatorem, ut exemplo nobis in tribulatione potis praeluceret; tamen boni nostri nunquam satur, confortationem ab eo suggestam repudiavit: nam factus viterius in agonia, prolixius orauit. Videbis de ea confortatione plenè differentem Ludovicum de Tena l. 3. de Ilagoges in script. difficultate 7. lect. 6.

219. Ego contentus ero fructu quem inde eruit his verbis S.Bernardus ferr. 1. de S.Andrea. [ Adi prænauit ea qua fortis est ut mors dilectio, ut Christum Angelus Dei confortaretur. Quis, quem Euangelium audi. Apparuit, (inquit,) Angelus confortans eum. Quem eum? Planè eum, cui nascitur clausus patuit virginis vterus; cuius nro in vīnum aqua mutata est; colus ractu, lepra fugata; sub cuius plantis, solidum mare fit; ad cuius vocem mortui surrexerunt, denique cum qui portat omnia verbo virtutis sue, per quem facta sunt omnia, per quem vñuersa subsistunt, etiam & Angelus ipse. Et quid dicam? Quem eum? Minus enim moratur si non penitus esset indicibilis. Confortans tis, Quem eum? Cuivis ne ipse, quidem confortator suis, capere poterat maiestatem. Rogo te Angele, quem confortaris? An ignorabis quis esset, ad quem confortandum veniebas? Certè consolator est, certè pacificatus est: alioquin non dicaret, aliam paracletum à Patre mittendum Apostolis, si nō esset & ipse pacificatus. Denique agnoco & in hoc ipso, paracletum maximum, agnosco paracletum benignissimum, qui propè sit his, qui tribulato sunt corde. Non despero iam Domine, etiam molesta mihi videatur tribulatio quam patior: etiam pūllanitatis sum, etiam desidero ut transfratur calix à me; non delperio, inquam, dummodo audiā ipse, verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Didi ci etiam ex hoc non ad carnalem sive caducam recurreti consolationem, sed ad Angelicam, sed ad spiritu-

lent; id est, ad celestem. Ita planè, dummodo non  
interveniat. Sed enim penitus separarer a te, si non  
etius resipiscerem; Non renuo, etiam si opus habeo  
ambulatori. Quid enim? Agnosco vocem meam in Sal-  
uatoris, & de salute desperem? Planè in patientia mea,  
pallidebo animam meam.]

*Centra negant voluntati Christi, electionem.*

130. Alter naturalis actus, de quo dubitatum esse  
dicitur, fuerit in Christi voluntate, etiam electio.  
Hinc enim in Christo fuisse, negat S. Damascenus l. 3.  
id exp. 4. sub finem. Verum Damasceni mentem, mox  
apponens. Dece autem ipsa, non potest esse dubitatio.  
Nam electio est partus libera voluntatis, ita ut vbi-  
cumque liberas cernitur, electio non desit. Atqui  
Christum fuisse liberum, de fide est, & a nobis supra  
probatum l. 2. sect. 1. c. vlt. sub finem. Id quod etiam fuse  
& regre conseruat Damascenus cillo 14. l. 3. Igitur  
fisi in Christo libera electio. Atque ita dicitur &  
concepit verbis de Christo affirmatur Isaiae 7. verbis illis,  
intra & mel comedet, ut sciat reprobare malum, &  
ele-  
ctionem. Locus autem Damasceni, quo electionem  
Christi negasse videtur, seipsum purgat, si non trun-  
catus sed integer referatur. Sic enim habet. [Gnomen  
est & electionem in Domino dicere, impossibile  
est, sibi proprie loqui volumus. Nam gnomen est post  
inquisitionem, qua est de te ignota, & deliberationem,  
id est, Consilium & Iudicium, ad id quod iudicatum  
fuerit effectus; quem sequitur electio, sic dicta, quod  
sunt pro alio eligat. Verum Dominus, non nudus est  
homo, sed & Deus, & omnia sciens, neque indigens  
investigatione, & inquisitione, & consilio exsilit, ac iudicio,  
& non aliter ad bonum habet familiaritatem, & à  
non elevationem. Sic enim Esaias dicit, quod prius  
quam sis puer eligere mala, eligit bonum; quia antequā  
debet bonum aut malum, dissuadetur malitia ex  
in quod est eligere bonum. Priors enim ostendit,  
quod non secundum nos inquirens & consultans, sed  
Deus existens, diminutus quod secundum carnem erat  
intensus, hoc est secundum hypostasin coniunctus  
est, ipso suo esse, & sciendi omnia, ex natura ha-  
bit bonum.] Vides perspicaciam Damasceni mentem,  
qua non excluduntur a Christo exercitium libertatis  
quod electione continetur, sed tantum electio cum ijs  
imperfectionibus quibus in nobis scaturit. Eligimus  
tamen praecontinentibus longis rationum in utramque  
putemus investigationibus, quas concludimus electio-  
ne, ad alteroram partem reficiat; Christus autem ob-  
plicet in sapientia, non hanc diu pendens anini, &  
sollicitè libans rationum utramque momenta. Eo  
igitur sensu negavit Damascenus, electionem locum  
habuisse in Christo, ut S. Thomas notauit; p. q. 18.  
art. 4. ad 1. & Clyctonius ad cap. 14. citatum. Et hoc  
ipso modo expolimus supra Theorium, qui libe-  
rum arbitrium negasse Christo, videri poterat.

131. Ad maiorem vero totius huius rei lucem, attemp-  
tum illud est, locum S. Cyilli l. de Trinit. cap. 15. quo rem  
hanc uniuersam egregie explicat. Excluso igitur peccata  
a Christo, subdit. [Sed neque electio dubia, & an-  
cipi in Christo erat. Eligendi quidem facultatem ha-  
bet Christus, ut qui libero esset prædictus arbitrio, &  
hominez id insuper naturae conditio exigeret; propte-  
ra quod etiam rationis esset particeps: (quidquid  
eum rationis est particeps, libero prædictum est arbitrio,  
& quodquid libero prædictum est arbitrio, eligendi  
facultatem habet.) Consilio autem, & considera-  
tione, & sententia, & electione nostri instar neutrini  
quam opus habuit, ut nec sollicita circumspetione:  
quoad utramque enim Deus erat; partim natura, par-  
tim Desificatio.] Et mox. [Electio igitur simpliciter  
est progressus ad expetendum, & amplectendum: hoc  
est ex libero arbitrio profectus, & cum ratione con-  
statia, cui firmandæ, & in tuto locanda usurpatur vo-  
tum.

T

tum,

rum. Verum hinc non habet votum Christo repugnasse, eumve dedecuisse. Sicut enim Christus, licet vi unionis illigatus arctissime honesto, potuit tamen eidem astrixi praeceptio; ita & voti vinculo. Funiculus enim triplex, difficile rumpitur; nec veta aliquid uno iam titulo firmatum, ac munatum, nouo alio titulo communiri ac firmati magis. Deinde Iesus voti non est tantum ad firmandam voluntatem, (quamquam in nobis ad occurrentem caducitatem desideriorum & propositorum nostrorum, votum ad id conductus consequenter:) sed per se primò hoc habet votum ut sit cultus diuinus, quo solo titulo posset honestissime usurpari. Quare certum videtur, non repugnasse illo modo quod Christus vovere potuerit, imo non dedecuisse vt re ipsa voveret.

233. An vero recipia votum emiserit, incertum esse ait Suarez t.2.3.p.d.28.l.2. quamvis ut pium & probabile defendat, Christum oblitissimè se voto, quod intrepidus etiam affirmat lib.3. de voto cap.1. num.4. & probat ex S. Hilario qui ad illud Psalm.13.1. *Votum vovit Deo Iacob*, agnoscat Christum se ita gessisse, ut religionis Sacramento satisfacere videatur: moxque addit, Christum explore voulisse omnia qua Patri voverat. Et quamquam S. Hilarius ibi, quodam iuramentum Christi de quo in eodem Psalmo loco est mentio, sicut *in ruitu Domino*, anceps sit, dicaturque se nescire an Christus iurauerit, de quo postea: Tamen de voto sub *voti nomine*, nullam suam ambiguitatem prodit, immo pulcherrime ac p̄fissimè materiam voti à Christo emisit, expressam eo loco à Psal. his verbis declarat, aptans ad illum versionē strati faſam in infirmitate, ut habeatur Psalm.40. [Cum per obedientiam voluntatis paternæ, ex Deo homo; ex potente infirmus; ex vinificante mortuus, ex æternorum seculorum Iudice, reus Crucis dicitur: tum stratum eius in infirmitatem conueritor. In illum igitur æternæ, & Beatae quietis stratum, vovit nūs reperio Dei tabernaculo non redire; Sed nec ante somnum oculis suis dare. Quis iste est somnus? Né ille de quo ait; *Ego dormiū & somnum cepi & surrexi quia Dominus suscepit me*. Mortis hic somnus est, quē non ante oculis suis dabat, quām locum habitationis inueniat.] Vides de S. Hilarij sententia, quid Christus iuxta Psalmem, eo loco voverit Deo: nempe mortem subire pro gloria ipsius Dei instauranda, & generi humano ad Dei obsequium renocando, ut Deus in illis tamquam in tabernaculo inhabiteret. Aperte vero Petr. Damiani serm.70. in fine. [Agens de *voto proprio accepto*, prædictum Psalmi locum Christo apat, his verbis. [Ipsum Voūgenitum Dei filium, intasse Patri, ac vovisse scimus, attestante Psalmista, qui ait; *sicut iurauit Dominus, votum vovit Deo Iacob*: Scilicet ut Sacramentum religionis, in passione sua carnis, pro salute generis humani expleret. Faciamus & nos similiiter, & vota quæ vovimus, integrè persolvamus.]

Idem argumentū peti potest ex verbis illis Psal.2.1. *Votamea Domino reddam* quæ S. Basilius de votis presē acceptis intelligenda norat, & id sonat vox reddendi. Insigniter S. Augustinus epist.59.ad q.5. & epist.120. cap.2.4. ad illud *votamea reddam in confessu timendum eum*, hæc Christi vota esse Eucharistianā, exponit. Id quod ad eundem Psalmum 1.1. pulchre docet Ianuenius. Cum enim in magnis discriminibus adhiberi soleat votum ad exorandum Deum, ut propriea votum dicatur à Græcis προσεύχη, Christus in tanta calamitate quanta ipsi impendebat, emitit votum propriū dictum, quo spondit & vovit se curaturum, ut haec hostia pacifica quæ à vidente abūmēbatur coram Domino in epulo cum amicis, celebraretur a presbyteris in perpetuum, indequē existeret & summa Dei gloria ob quam Eucharistia à S. Ignatio in Epistola ad Ephesios vocatur *gloria Dei*, & libertas illa fructuum quæ consequenter in Psalmo 21. recensetur. Cum en-

go Christus in prædictis Psalmis loquens indicat; ut fuit Catholicorum omnium sensus apud Ianuenium ibi, ac etiam peritorum Hebraeorum ex Genebrando ibidem; non male ex verbis illis in sua nativa significacione & proprietate acceptis, colligimus, Christum de facto emisisse votum morti pro humano generis salute, ad Dei gloriam; & in eundem finem curandi per perpetuam sacrificij Eucharistici celebrationem. Vuisse Christum pro nostra salute mori in cruce, affirmat etiam Raderus p.2. vitid. cap.2.8. *Christus Iesu*, & apud eundem Ioannes Baptista Mafellus l.3.de B. Virgine cap.19. Et quamquam hæc videtur fuisse particularis materia votorum Christi viatoris, facili tamen idem extendere possimus ad præcipias alias votorum materias; ac nominativam pauperatis, castitatis, & obedientiæ Deo præstanz, quibus in se religiose professionis formam adumbrant. Exempli sanè suo præte nobis hac quoque in parte Christum Dominum, permagni interfuit, & cum id à statu eius prœviatoris non abhoruerit, piè omnino videtur admittere ab eo factum in via. Nam quod nunc in cœlo vota non emitat, certum esse cenſet Suarez c. illo 1. num.11. quod votum videatur esse opus proprium viatoris, ad actiones futuras maiore perfectione aut merito informandas, vel certò & circa periculum à voluntatis instabilitate eliciendas: que omnia cessant in deductis ad terminum atque adeo etiam in Christo extra viam constituo.

#### De Iuramento.

234. Minus certò idem affirmare licet de intamantis Christi viatoris. Est quidem indubitatum, non repugnasse Christo, iurare. Cum enim esset minor Patre, facilè poterat eum aduocate in testem veritatem quas proponebat; idque indocilis audientium poterat intercedere poscere. Nec videtur posse circa hoc esse difficultas. At re ipsa ne iurari, de quo supra audiisti dubitarem S. Hilarius ad illud Psalmi 13.1. *Sicut iurauit Dominus*, meritò ambigi potest. Affirmare videatur Innoc. III. cap. Etsi Christus, de iure iurare. Et recipi affirmat Selva tract. de iuram.1.p.q.3. num.2. censēt probabile Suares l.1. de iuram. cap.14. num.9. Negat autem Ianuenius in concord. cap.40. Sotus lib.7. de Iust. q.1.art.2. & Sylu. V. in amenatum 1.q.3. Falluntur certè, qui purum Christum iurass̄, quoniam legi non perfidus. Amen duo vobis. Nam illud *amen* tantum significabat, verum esse quod dicebatur. Nec est verisimile, Christum qui tantam iuramenta paciactem suis indexit, tortis vſi pando cum loquendi modum, iuramenti passim emitendi Autorem fieri exemplum suo voluisse. Quod tamen *Amen* geminatum, quandoque Christo iurupatum, fuerit nota iuramenti, latissimile est, ut significat D. Thomas in cap.8.Ioan.lect.4. indequē declarari potest, quod purus homo confirmans aliquid per fidem suam, aut per veritatem suam, iurat per seipsum. Igitur Christus tanta asseveratione veritati dicti sui confirmans, intelligi potest numerice dictum suum assumptione sue veritatis ac fidei in testem, ita ut non esset simplex assertio veritatis, sed confirmatione per inductionem sui testimoniū ad adhibiti: quod in Christo, quia Deus erat, sufficiebat ad verum iuramentum, quale Christo vindicare sa- gimus.

*Infusum amorem à beatifico distinetum, qui Christo sustulerint.*

235. Amorem Dei infusum à beatifico distinetum; fuisse in Christo, negat Valsques 3 part. d. 14. cap.3. & probat, quia in Christo nulla fuit scientia infusa distincta à visione, tendens in Deum unum ac Trinum: neque igitur animo vllus fuit supernaturalis aliud à beatifico qui per eam scientiam regulandus esset, cum in Christo

Christo non facit fides. Deinde amor tendit in rem cognitam, non autem in cognitionem: unde etiam si datus fuisse in Christo scientiam Dei infusam, tamen quia eadem bonitas que proponetur per eam scientiam, proponitur per visionem beatificam, unusquisque amor beatificus admittendus esset; quippe necessariò ex voluntate prodens, & ex notitia obiecti perfectione dimans; atque adeò excludens alium amorem. Nam quod voluntati obseratur obiectum duplo modo cognitum, experientia docet, voluntatem affici tantum ab obiecto perfectiore modo cogniti, perinde ac si non cognoscerent alio modo. Sicut cum quis agnoscat ex aliena testificatione, si ipsemet potest deprehendat per scilicet argumenta amoris erga quæ ex aliorum testimonio affectibantur, cessat deinde sic amare. Igittu' quia Christus cognoscat Deum perfectissimo modo per visionem, & erga eum sic cognitum fieri amore beatifico; non est quod aliud in eo amor fugiat, subiuncta scientie infusa, pérque eam regulatur.

Sobribilitate huic sententiae Ragosa 3. p. tom. 1. disp. 1. §. & annuit P. P. P. 3. p. q. 2. i. 9. num. 9. si modus amoris sit de amore Dei quoad extinsecus bona, ut quod salutem proximorum expetiam properaret aucto, non negat hic Autor, quin si in Christo amor liber & meritorius à beatifico distinctus: sed nequid id negat de amore bonorum Dei; intrinsecum quia prius illorum putat patrum differre ab amorem ipsorum, qui Beatis quoque liber esse potest vixique dignare illum nomine amoris Dei, qualis est posterior; quem negat, argumento inde ducto, quod accidens solo numero diversa non sine multiplicanda in eodem subiecto ut haber vulgare effusatum Metaphysicum. Atqui amor Christi beatificus, non diffire specie ad infuso si daretur: vixque enim esset unidem obiecti, nec diversitas vel inæqualis claritas notis præludentis, mutaret speciem physicam actuū, ut male censuit Caietanus 1. p. q. 82. art. 2. ful. o supponens cognitionem integrate rationem formalem obiecti voluntatis; cum tamen reuera cognitione sit quid extinsecus amor, tandemque interuenient ad eum in condito & applicatio obiecti, quæ non est idonea ad inferendam volitioni nouam speciem, vt neque necessitas & libertas quibus duo illi amores feceruntur. Nam hec quoque sunt extinsecus essentia actuum, nec possunt eos discriminare essentialementer: aliqui idem actus, non posset abieci libertate, mox induere necessitatem. Igittu' amor Christi erga Deum non sicut nisi beatificus, ne accidentia solo numero diversa multiplicentur in Christi voluntate. Quamvis autem per illo metaphysicum effusum, licet congrere ibide accidens eiusdem essentia, tamen interuenient specialis repugnancia quoad hos amores Christi. Nam amor beatificus qui in Christo fuit à primo concepcionis momento, est terminus ac status voluntatis in amore, excludens alium quemcunque amorem, habentem rationem motus ac viae ad eundem statum vel terminum. Ideoce enim voluntas amat aliquid imperfectiore amorem, quia vel non potest amare perfectius, vel gratia diffinitetur amore illo imperfectiore. At voluntas Christi poterat perfectius Deum amare; & vix amabat res ipsa ratione beatitudinis, nec poterat vel amare amore viae, cum iam amaret amore termini, (vt sic dicam:) nam hoc pacto voluisse progredi ad metam, postquam eam attigisset, quia amorem infusum ei progressio ad terminum viae. Igittu' amor beatificus, exclusus à Christo amorem infusum.

236. Sed nemo aerius pro hoc amore infuso Christi voluntati eripiendo pugnauit, quæ Moncusus dis. p. scilicet cap. 9. & 11. in primis vero negat, amorem illum Christi regulari alia notitia quam beata. Intellex. Theoph. Raynaudi Christus.

Eius enim non aliter dirigit actum voluntatis, quam proponendo illi obiectum, eisque exhibendo rationem boni sub qua voluntas circa obiectum veretur. Atque visio æquè id praestare potest reprobata cuiuscunque amoris Dei qui in Christo fuerit: quia vixque esset eiusdem omnino rationis entitatè, & unicum planè obiectum haberet. Ergo quicunque Dei amor in Christo statuatur, dicitur per visionem claram: ac proinde fructu, penes duas regulas secentur in Christo duo amores in Deum; sicut si duplex lumen (iuxta Opticorum sententiam,) collustraret unicum colorem, non tamen nisi una visio fieret, quia idem obiectum variique lumini suberget. Inde præterea elicit hic Author, amorem omnem Christi erga Deum esse æquè necessarium, ita ut si amor beatificus careat libertate, ea quoque spoliandus sit alius quilibet amor in Deum Christo tributus. Consequitur enim scientiam beatam, æquè ac amor beatificus. Si igitur ob eam confectionem ex visione, amor beatificus sit necessarius, idem dicendum erit de amore quoconque Christi in Deum; quandoquidem æquè per beatam Christi notitiam dirigitur, atque adeò ad eum sequitur. Et tamen unicum fundamentum multiplicandi in Christo amores infusos, esse videtur, quod amor beatificus sit necessarius; debeat autem agnosceri in Christo alius amor in Deum qui liber sit, atque adeò meriti capax. Tandem hæc amorum infusorum Christi multiplicatio, perperam supponit, amorem beatificum non esse meritorium: vnde ne amor in Deum fuerit in Christo expers meriti, excoxitatus est amor, subiunctus scientia infusa. At potest facile salua esse amoris beatifico Christi, ratio meriti, non obstante necessitate qua intermitte non poterat vagè (imputacioni) prove est hic individuus ac singularis, omitti a Christo posset, id est variata, assumpto alio actu amoris individuo. Nimirum quantius necessariorum plane sit, vt qui Deum clare inveniatur, (vt Christus inveniatur,) Deum amet ex charitate, & fortassis ex prompto rito charitatis canacu, ita vt ne momento quidem fetari possit, ab amore quantum potest intensio. Tamen vt hoc determinato amoris singulari actu, Deum diligat, necessarium non est: sed potest subinde pro arbitrio variare actu numeris dictionis, retenta semper eadem actus quidditat, ac etiam intentione: Eam portat amoris beatifici variabilitatem, Autor prædictus non vult tribui potentia miraculorum Christi Domini; sed æquè ceter in Beatis omnibus locum habere: quia Beatus non necessariò vult Deo, quicquid ex charitate velle potest, sed sunt pleraque extrema Dei bona à fine charitatis dissociabilia, quæ liberum illi est Deo velle, aut nolle, vel nunc plura nunc pauciora velle. Cum igitur qui in alium fecerit amorem amicitia, non velit singula obiecta quæ illi vult cotidem actibus, sed omnia unico & idiusibili actu velit, ne in immensitate multiplicetur actu amoris: efficitur, in potestate cuiusque Beati esse, mutare amorem beatificum individualiter. Nam vt prior singularis actus amoris, porrigitur ad unicum obiectum sine mutatione sui alterius, est impossibile: Nulla autem fingi potest mutationis, alia quam singularis actionis: quæ in visione quidem non subest videntis arbitrio, quia non plura in Deo uno tempore vides quam alio, nec plane potest amari à Deo, & illam non videre; quorum saltet alterum necessarium esset, ut actus visionis mutari possit arbitrio videntis. At quoad amorem, subest voluntati Beati mutatio actus singularis, ratione plurium bonorum exterorum, quæ Beatus Deo uno tempore velle potest, & non alio. Nec refert quod visio maneat plane inuata. Nam persistante eadem individua cogitatione, potest numerice variari actio voluntatis. Quod si necessaria quoque esset in Beato cognitionis variatione ad variationem amoris, sufficeret ad id posset variatio

ex parte scientie infuse, quæ apta quoque est amorem beatificum dirigere, & ad eius exercitium mouere voluntatem.

*Contraria sententia, placet.*

237. Exhibui fideliter varia fundamenta, ex quibus amor Christi infusus alius à beatifico, à diversis Autoribus expunctus est. Ego vero eum amorem in Christo agnoscō, secutus alios optimæ nota Theologos. In his sunt Caietanus 3.p.q.1.art.1.Ferrari, 3.cōtra Gent. c.62. Medina 3. p.QUEST. 19.art.4. quaestiuncula sua 2. Soto 1.3. de natura & gratia c.7. Valencia 3.p.d.1.q.19. p.2. Suares t.1.3.p.d.37.QUEST. 4. &c d.39.QUEST. 2. Bellarm. 1.5. de iustific. 1.1.ad 2. Lessius 1.2. de summo bono numer. 187. Probatur ex verbis illis Christi, ut cognoscas mundus quia diligo Patrem, surgite, eamus; vtique ad passionem & mortem. Quibus verbis Christus aperè significat, se mortem obicuram ex charitate in Deum. Atqui volitus ex qua Christus Dominus mortem adjit, fuit Christo libera quoad motuum, vt Autores cum quibus agimus admittunt, consentaneæ ad D.Thomam suo loco referendum. Ergo ea volitus, & ea charitatis actio, fuit diversa ab amore Christi beatifico, qui est planè necessarius quoad speciem actus. Deinde puri viatores cum eis communicant scientia infusa, possunt per eam dirigi in amando Deo ex charitate: Quidnam ergo Christus, cum haberet infusam Dei scientiam, potuit præludente ea notitia amare Deum? Esto enim præludet ei alia quoque notitia, quæ posset ad amorem sibi correspondentem esse vlni; tamen hæc cum possit ex se vlnum illum habere, non debuit eo priuari ob concordantiam alterius perfectioris notitiae. Præterea agnoscendus est in Christo amor aliquæ meritioris. Quis enim sibi persuadeat, nobilissimam virtutem Theologicarum fuisse in Christo expertem meritum, cuius in alijs subiectis est feracissima? Atqui amor beatificus, cum esset planè necessarius, vt videbimus, non potuit esse meritorius. Ergo alius Dei amor, scientia viatorum, sive infusa subiunctus, cui meritorum implantaretur, agnoscendus est in Christi voluntate. Tandem Christus potuit amare proximum ex charitate Theologica. Est enim actus illi pretiosissimus, nec possumus absque iniuria eo Christum spoliare: cum nos qui à Christi perfectione longè absumus, possimus amare proximum quia est aliquid Dei, qui est actus charitatis Theologica. Verum quidem est, quod Vasques ait 3.p.d.74. num. 13. & disp. 98. c.1. esse amorem quendam supernaturalem proximi qui non sit charitas Theologica, sed (ut ipse ait,) beneficiorum; vel potius (quia nullum beneficium certitur in amore proximi cui nihil erogetur,) amicitia supernaturalis, quæ non sit virtus Theologica, quam à Suarez non bene impugnatam 3.de relig. in commun. cap. 5. à n. 1. 5. & disp. 1. de charitate sect. 3. & à Lora disp. 2. 4. de charit. n. 2. admissam verò D.Thom. 2.2. q. 103. art. 3. ad 2. & à Durando in 3. d. 9. quest. 3. ad 1. nec non à Lessio l. de Iust. cap. 3. 6. num. 2. 3. & fulle à Torre 2. 2. t. 1. d. 66. dub. 3. & d. 73. dub. 1. & 2. alterius instituti est propagundare. Hanc igitur virtutem à charitate Theologica planè distinctam, esse agnoscendam, non eo inficiat. Quod tamen in Christo, ut Valq. disp. illa 74. num. 13. veile videtur, non sit alia charitas proximi quam amor ille ex complacencia proximi quo ei volumus bonum supernaturale quod habet, vel desideramus quod non habet, probare nulla ratione possum. Nam quemadmodum amicitia humana non tantum fertur in personam cui bonum volumus propter ipsam, sed etiam in eos qui tali persona necessitudine sunt coniuncti, & aliquid eius consentient: ita & amicitia in Deum sive charitas Theologica, non modò Deum diligit, sed etiam proximum quatenus est aliquid Dei. Fuit ergo in Christo hic actus charitatis Theologica. Atqui hic

actus est longè alius ab amore beatifico, qui praecipit Deum; nec est liber sed necessarius, quorum neutrum competit amori illi proximi de quo agimus, qui simili est amor Dei. Igitur in Christo fuit amor Dei infusus, distinctus à beatifico.

*Ad argumenta in contrarium, primo & secundo loco proposta.*

238. Quæ vero in contrarium proponebantur, non difficiliter endantur. Ac primùm quod Valsques amori huic infuso aduersatur supposita ablatione scientia infuse de Deo, evanescit ex dictis supra, stabilendo eam scientiam. Quod autem addit, idem bonum ponit per eam scientiam si admittatur, & per beatam; verisimilium est. Sed nego, idem bonum variè proposuit non posse multipliciter amari. Imò etiam propositio aliqua boni sit longè illustralior, non propterea ita eneruatur vel suprimitur altera, vt mouere non possit, etiam si interdum non internoscatur eius influxus, & veluti absorbeat in fluxu per nobilitatem propositionem. Afinis est quod cum quis ex mortuio scientia determinatur ad alienum aliquis propositionis, non prohibetur simul assensum præbere ex motu probabili, quod à motu scientie claritate & firmitate procū abest. Similiter ergo nihil est incommodi, vt bonum quod proponitur amandum evidentissime per scientiam beatam, proponatur, quoniam amandum per scientiam infusam minus illustre, cui subordinetur amor liber. Quidnam enim eadem voluntas, quæ uno actu necessario in bonum fertur, possit alio actu in illudmet bonum ferri liberè; ob diversitatem notitiae præludentes, & bonum amandum proponentes diversimode? In quo est latum discrimen inter actus voluntatis præfrequentis, & visiones eiusdem coloris, duplice lumine collustrati. Nam illud duplex lumen, materiale, est eiusdem rationis, non item notitiae præludentes in re nostra. Deinde oculus non est facultas libera sicut voluntas: unde circa id obiectum non potest simul plures actus elicere, licet id possit voluntas, ob suam actionem indifferentiam. Quare ratum esto, esse in Christo amorem supernaturalem infusum, à beatifico sciuncum.

239. Esse vero hunc amorem, specie eundem cum beatifico, quod posset objiciebatur, non diffiteat, scilicet Suarem disp. 3. de charit. sect. 3. n. 2. Medina 3. p. q. 19. art. 3. Valsquem 1.1. d. 1.1. n. 2. Salam 1.2. trac. 2. disp. 2. n. 42. Torrem 2. 2. t. 1. d. 77. dub. 6. & pallin. Interpretat ad illud 1. Cor. 13. charitatem minquam existit; tamen non me laetet, differentiam specificam amoris partis ac viae, altrui à plerisque, inter quos Scutus in 4.d. 49. q. 5. litera E. Caietanus 1.p.q. 8. 2. art. 1. & Lessius 1.2. de summo bono n. 121. qui alios profet: quibus si subscripteremus, rueret argumentum specificæ illi identitati innoxium. Sed ea vltro data, nego repugnare vt duo eiusdem speciei, simul ibidem sint, cum aliunde suspetit radix aliqua ad illos actus simili profundendos, sicut hic reuera suspetit ex multiplici perceptione eiusdem boni; intuitiva scilicet per scientiam beatam, & abstractiva per infusam. Praterquam quod charitas actualis infusa potest esse alterius simili termini, quam eius qui solus objicitur charitati actuali beatæ. Itaque rectè possunt ambæ cohabitare. Quod autem vulgo dicitur, accidentia eiusdem speciei, non posse eidem plura simul insesse, intelligitur de pluribus nulla prorsus habitudine discrepantibus; ac ne causis quidem diversas habentibus: aliqui duorum alborum species impressæ, non possent eodem ære excipere nec duas relations similes, v.g. paternitatis ad duos filios, possent in eodem homine subiecti. Unde vulgare illud pronuntiatum esse limitandum, meritò statuant Mol. 1.p.q. 1. art. 3. disp. 3. & Suar. disp. 3. Metaph. 1. q. 8.

sed. 3. num. 15. Quare falsum est, ex generali ratione adhuc eiusdem speciei & solo numero differentium, amorem infusum & beatificum, se excludere ex eadem voluntate.

Specialis vero repugnans, quam Autor, cuius est argumentum propositum, præterea excogitare inter duos hos supernaturales Christi amores in Deum; nempe quod amor beatificus, cum sit terminus, non posse tecum admittere infusum amorem, qui est via & motus ad terminum; hac inquit repugnans est planus nulla: aperteque eliditur ex proportione scientie beatæ & infusa, que eodem planè modo se habent ad unicum, quo charitas via & patræ: ita ut una eam sicut motus & via, altera vero sit terminus. Et tamen, vel hoc ipso autore annuente, sunt composibiles. Ignoramus amores illis subiuncti.

*Actus tertius aduersaria, exarmatur.*

140. Quae postremo loco in hanc sententiam intorquemus, sic diliguntur. In primis negandum est, amorem infusum posse per visionem beatam, tamquam per regulam homogeneam. Quamvis enim visio in seipso obiectum, ac scientia infusa, tamen non est proprium conueniens & accommodata amoris. Sicut quamvis notitia Angelica esset, æquè proprie obiectum conuenientia humana voluntati, anima humana; tamen incongruè homo dirigetur per notitiam illam heterogeneam si ei communicaretur, et sic communicari posset per vim obedientialem. Similique negandum est, quod inter referendam sententiam, in calce diximus ab eo asserti, sententiam sollicet infusum dirigere amorem beatificum, ac proinde si ad varietatem singularis numero amoris beatifici exigetur variatio notitiae, eam posse fieri in scientia infusa, & ad id futuram sufficientem. Hoc enim falso supponit, scientiam infusam esse regulam amoris beatifici. Ex eo ergo quod in Christo istud regulare amoris, non male coniectamus duplicitem amorum infusum, quorum cuique homogeneus & proportionatus amor respondet. Vnde consequenter exercitus quod subiiciebatur in eadem postrema argumentatione; nempe quod omnis amor Christi infusus, debeat esse æquè necessarius, aut æquè liber, cum vincia eius regula sit visio beatifica. Hoc inquit quod aduersarius consequenter ad primum illud suum principium statuebat, disiectum manet eo principio exercitio, & regulatum amoris multiplicitate stabilitas.

Tandem perperam aduersarius contendit amorem Christi beatifici posse esse meritum, quippe liberum, & à viato metende capace otundum. Hoc ab eo nihil contendit deo. In primis quia etiam ea variabilitas numerica actus amoris quam Beato concedit, admittetur; tamen non apparet quomodo ea varatio tantum numerica, coniuncta cum eadem intensio actionis, & necessitate eius quoad speciem, possit fundare meritum. Nam idcirco libertas fundat meritum, quia homo exercet suam potestatem, proditque affectum erga bonum; vel illud exercendo cum posset non exercere, vel exercendo tali modo, cum posset eum modum non usurpare; sed alium: quorum neutrum certius in ea tantum numerica variabilitate actus, retenta necessario eadem eius specificationem, & intentionem, & exercitio actus ex necessitate non prætermisso. Quare cum ibi neque cernatur libertas quoad exercitium, neque quoad specificationem, qui sunt duo cardines meritis, sed tandem cernatur libertas in ponendo tali indistincto acto, quem adhiberi vel omitti, perinde est ad refutandum affectum erga bonum; non video quomodo gratia admissa pro arbitrio variabilitate numerica actus amoris, possit in ea fundari meritum. Non esse autem permittendum potestati beati, variabilitatem illam numericam, ostenditur ex invariabilitate status

Theoph. Raynaud. Christus.

beatifici, cuius pars vel essentialis vel integrans, est amor. Quo ergo iure, beatitudine cum sit status termini, fixa est & invariabilis, nec pendens ab hominis arbitratu, eodem haec vel appendix; vel pars beatitudinis, potestatis libere Beati subduci deberet.

241. Et sane fundamentum ex quo amor dicitur variabilis individualiter ad naturam Beati, æquè idem probatur de visione: vnde sequetur absurdum totius beatitudinis variatio numerica, vt idcirco Cap. in 2.d. 3. q. 2. ad primam probationem minoris decimi argumenti contra primam conclusionem, voluntariæ & forte pertinaciam & phantasticam pronunciat, Adami Philosophiam de variata numericæ visione beatifica, ad nouam secundariorum obiectorum perceptionem. Sequi autem ex Aduersarij sententiâ, cum visionis variationem, patet; quia enim amor terminari potest ad noua obiecta secundaria, inde colligit Aduersarius, variationem numericam in amore fieri. Similiter igitur, quia visio terminari potest ad noua obiecta secundaria, æquè varianda est numericæ visio; si minùs ad arbitrium Beati, à quo non penderet, haec aut illa secundaria obiecta ad statum suum pertinentia videre de nouo; at saltem ex diuino decreto. Atque ita neutra beatitudinis pars, statu & firma esset.

Quod autem Aduersarius significat, idcirco visionem non variari, quia Beatus nihil de novo videre potest in Verbo, quād primum viderit, falsum est. Existimo enim cum Molina 1. p.q. 12. art. 8. disp 6. & annuit non obscurè D. Thomas 1. p.q. 57. art. 5. plerique Beatos de novo videre in Verbo, quia prius non videbant, & postmodum quoque cessant videre, vt preces ad se diretas, festa, honores, & alia quæ per modificationes visioni additas, eaque quoad fundum invariata accedentes & decadentes, perfici facile intelliguntur. Quo eodem modo philosophandum esse in visione corpora obiecti uniformis, motu continuato sensim detecti, vt recte censuit Vasques 1. 2. d. 1. num. 6. latè alibi probauit contra Gregorium in 1. disp. 17. q. 2. art. 2. ad 1. contra priores conclusiones. Ochamum quodlibet. 1. quæst. 9. in fine, & Maytonium quæst. 19. prologi ad 2. 1. Vel ergo amor non variatur individualiter ob nouum amorem obiectorum secundariorum, vel æquè variatur visio, ob nouam propositionem obiectorum secundariorum subinde factam: atque ita nihil entitatuè & individualiter stabile ac perenne erit in beatitudine, contra sensum Sanctorum, qui Lunam (vt Ocellus Lucanus scitè dixerat) isthnum mutabilitas & immutabilitas agnoscentes, in stabilitate beatitudinis celebranda, inges sunt.

242. Ad extreum ostendo directè inanitatem argumenti, quo aduersarius probatum vult, liberam Beato esse variabilitatem amoris beatifici. Assumit enim & benè, Beatum posse quædam externa bona nunc Deo velle, quæ ante non solebat; móxque rursum ea velle definire. Inde colligit variationem fieri in singulati entitate actus amoris, eo quod nouum obiectum non possit amari eodem anteriore actu immutato; nec duo solo numero diversi actus amoris, multiplicari in eadem voluntate possint. At hæc collectio est planè invalida. Nam variatio posset fieri in eodem actu amoris, æquè ac in visione, per nouam modificationem; à Deo quidem principaliter factam, sed ad nutum & exigentiam liberae quoad haec obiecta voluntatis Beatæ; quia cum amor prout extensus ad obiecta secundaria, sit actus facultatis liberae, quod non haberet visio; extendatur autem ad obiecta predicta per modificationem supernaturalem vitalē, proportionalem illi quam in visione attigi, merito ea modificatio Deo tribueretur, vt causa physice partiali; homini autem vt causa moraliter partiali, (ad cuius scilicet nutum ponitur,) physicè autem instrumentalis. Quod si ad retinendam omnimodam beatificorum actuum inde-

T. 3. penden

pendentiam à libertate hominis, nolimus variationem in amore obiectorum secundariorum faciendam, explicare per modificationem amoris beatifici; facile erit affirmare, cum amorem novum non esse beatificum, sed alium peculiarem totalem beatitudini extin tecum. Neque enim iudicamus absurdum, duos amores amicitiae, vel etiam plures, prout potentia & obiectorum separatum amatorum varietas tulit, multiplicari simul in eadem voluntate. Quod vero voluntas toto impetu ac nisu suo actinitatis stringat Deum, sicutaque beatificum amoris actum, quam potest intensius, non probat omnes anima vires ita exigi in illum unum intentius perfectissimum actum, ut nihil superius anima virium quasi excessu impenetrandum in alium actum amoris: sed inde tantum habetur, cum actum, vel alium ullum, non posse intensiorem ab anima effici, etiam si alijs insuper actus ab ea manare possint, praesertim remissiores. Quae uniuersae subtiltates, quibus recentiores amorem Christi infusum à beatifico distinctum adorari sunt, nullo negotio dirimuntur.

*Spes actualis, quatenus voluntati Christi admenda, quatenus danda.*

243. Actum spei, voluntati Christi admittunt nonnulli, ut Med. 3. p. q. 7. art. 4. & Lora disp. 7. de spe in fine, & disp. 9. a. 7. ac Ragusa 3. p. disp. 17. qua in re eadem de Christo difficultas est, que de alijs Beatis, quos non habere spem, affirmat Bl. enis lerm. 3. verbis illis. Beatos ait desinere esse cum Christo vite, incipere autem esse cum Christo vita. [Christus enim, & virtus dicitur, & vita, vita in via per fidem, quasi via vita; vita in patria per speciem. Desinunt ergo esse in Christo vite, & verius sunt in Christo vita; id est, iam non habent fidem nec spem, sed speciem & rem. Desinunt credere, & incipiunt videre.] Atque adeo etiam non ultra sperant, quia quod videt quis, quid sperat? Expressius spem. Beatis plane abrogant Val. 2. 2. d. 2. q. 1. p. 2. Maledictus ibid. quæst. 2. 8. art. Lora disp. 7. num. 3. Torres disp. 62. dub. 1. Et certum sane est, actum illum qui peculiariter specie nominis exprimit, exolare à Beatis, atque adeo etiam à Christo, quod gloriam esentialiem. Et idem est de actu desiderij, nam quod videt quis ac tenet, quosrum speret aut desideret? Comigitur & Beati omnes, & nominatum Rex Beatorum Christus Dominus, teneant Deum qui est essentialis eorum scilicet; & ex natura beatitudinis, sciane eam tensionem fore perpetuam & immutabilem; liquet Beatos atque adeo etiam Christum, non modo non sperare possessionem Dei qua poscentur, sed neque perennem eius durationem. Sicut Angeli non sperant perpetuitatem sui esse, quam esse sibi connaturaliter debitat, non ignorant. Sed & ob candom causam, nec Christus nec Beatorum ullus, desiderat beatitudinem suam, cuiusve perpetuationem. Dicuntur quidem Angeli desiderare prospectum Dei, iuxta lectionem apud nonnullos Patres receptam, loci epistole 1. B. Petri cap. 1. Verum hæc non pertinent ad verum beatitudinis sine aësequenda sine perennanda desiderium, beatis tribuendum; sed ad denotandam insatiabilem & fastidij expertem Dei fruitionem, ut optimè in hunc modum exposuit S. Iudorus 1. de summo bono c. 12. n. 22. [Si Deū Angeli contineant & vident, cur Petrus Apostolus dixit, in quem desiderant Angeli Dei confidere? Iterū si cum non conuenient nec vident, quomodo ioxa sententiam Dominis, Angeli eorum semper vident facie patris, qui in celis est, sed bene videntque est. Nā veraciter credimus, quod Deum & Angeli vident, & videre desiderant, & habent & habere festinant, & amant, & amare videntur. Si enim sic videat desiderant, ut affectu desiderij non peccuantur, desiderium hoc

necessitatem habet: necessitas ista, pconalis est: sed beatis Angelis omnis pcon longè est, quia numquam simul pcon & beatitudo conueniunt. Rursum si eos dicimus Dei visione satiari, satietas fastidium habere solet: & scimus illos Dei visionem, quam & desideriant, fastidire non posse: Quid ergo est, nisi vt minimo simul virum credamus, quia & desiderant & satiantur? Sed desiderant sine labore, & satiantur sine fastidio. Ne enim sit in desiderio necessitas, desiderantes satiantur: & iterum ne sit in satietate fastidium, satiati desiderant. Vident ergo Angeli faciem Patris per satietatem; sed quia satietas illa fastidium necit, Angeli desiderant in eo prospicere semper.] Gemina omnino habentur apud S. Gregorium lib. 18. mot. cap. 39.

244. Non desunt tamen alij actus spei Theologica, quos Christo & beatis tribuamus. Eiusmodi sunt amor simplex beatitudinis ut boni proprii, & gaudium ea, propt tali. Hi quippe actus tendunt in germando obiectum spei Theologica, cùm materiale, tom formale; & nollam habent pugnam cum sua beatitudinis. Itaque perfluerunt cum eo, & Christo quoniam comprehendunt optime quadrantur. Etsi autem actus spei, quoniam reclamere nonnulli, recte statunt Suares d. 1. de spe lerm. 3. n. 13. & lib. 2. de gratia c. 13. n. 24. Lessius lib. 2. de summo bono num. 13. Lora disp. 6. de p. n. 10. Torres r. 1. in 2. 2. disp. 60. dub. 1. & disp. 61. dub. 3. & sufficienter pater, ex eo quod nū hi actus quos hinc immediate Deum attingere, sunt spei Theologica; faciunt enim dari quartam Theologiam virtutem cuius hi actus sunt proprium tam etiam in Ecclesia esse videatur, non deri nisi tres Theologicas virtutes. Accedit essentialis presuppositio amoris simplicis, ad actum spei presé sumptu, indubio spei Theologica tribuendum, quem impossibile est principiarī à virtute spei, boni principiato simplici amore intra eum incluto, vel essentialiter ad eum presupposito. Quidam gaudium vero, proportionale argumentum fieri potest, spectata subordinatione eius ad tensionem qua spei propriæ accepta obicitur. Quare ratum esto, hos actus vere esse spei Theologica, atque adeo Christum acto aliquo hanc virtutis caruisse. Neque vero sollicitus sum, an hi actus in Christo prodierint ab habito spei, sed tantum concendo, eos collimare in obiectum spei honestatem. Quod moneno properi aliquos, qui vt ostendant hos actus in Christo non esse tribuendos spei Theologica, obseruant hos actus respicere proprium commodum, atque adeo non elici interuenient ullius habitus, sed tantum per auxilium actuale. Sicut in humanis, volitus proprii commodi non est ab habitu, cum nemo difficile suum sibi commodum velit. Quæ quidem ratiocinatio multipliciter displicet. Nam etiam in humanis, plerique segnes sunt ad curandum proprium commodum; præterea cum extinxeritæ difficitates non medice, bonum illud circumscripunt. Et quicquid sit de huiusmodi actu circa bona humana, longè tamen alia est ratio actus supernaturalis, ob improportionem naturæ virium nostrarum ad illum, ob quam habitum merito depositat; quia auxilium non est principium connaturale elicendi actus infusos: aliqui cesserat omnis ratio admittendi habitus infusos operarios. Sed illud præterea displicet in eadem ratiocinatione, quod sine habitu interuenient ad actus prædictos, sine non interuenient, assignanda necessarij illis est honestas aliqua obiectiva quam specent. Sicut primi actus qui elicuntur ante partum habitum, pertinent ad virtutem cuius est habitus, ratione honestatis quam attingunt ante partum qualitatem facilitantem per iteratos actus. Itaque quoniam decessit Christo habitus spei, / de quo postea, tamen hi actus, ad spem Theologiam ratio eiudem honestatis pertinerent.

145. His spei Theologicæ actibus quos Christo cō-  
cessimus, alium adiungit Aegidius Coniag. disp. 19. de  
actibus supernat. dub. i. i. nempe actum quo Christus  
expedit & speravit sibi gloriam corporis, quem non  
huius actum charitatis Theologicæ, patet ex diversita-  
te morum: nec fuisse actum elicitem fructus beatifi-  
cias ut Medina improbabiliter commentens est, vix  
probari debet: cum actus de quo agimus, sit viatorum  
proprius, non item fructus, quam præterea constat esse  
actum electorum, cui nō est cur alijs actus tribuantur, cum  
id proprium sit actum primorum, vel honestatum ob-  
iectum. Videretur igitur actum desideriorum ac spei glo-  
rie sui corporis, fuisse in Christo viatore verum actum  
spei Theologicæ. Pro qua sententia, Aegidius profert  
S. Thomam q. 7. art. 4. in corpore, & ad 2. & ibidem Sta-  
tem ac Valquem disp. 43. cap. 2. Nec sanè defuerunt ei  
desiderio ac spei, conditiones propriae geminorum  
actuum spei Theologicæ. Nā & erant de bono honeste-  
te per Christum gloriam ipsi appetendo, & futuro, & adeptu-  
ndo, iuxta illud oportebat Christum pati & intrare in  
gloriam suam; utique gloriam corporis. Nam Christus  
nigra gloriam habuerat à primo vita momento, glori-  
um autem corporis quanum debitam ratione gloria  
eternalis animam exortantis, habuit per crucem &  
umenta. In quo latum est dictumen, inter alios Bea-  
tos quibus gloriam corporis sine labore obtinuit, &  
Christum, respectu eius deora corporis fuerunt po-  
tentiores gloria. Eatenus autem hæc expedit in Christo  
est actus spei Theologicæ, quatenus beatitudo  
corporis est quoddam medium, fruendi aliquomodo  
perfidis Deo: unde Deus erat expeditioñis illius ob-  
jectum ultimum, aquæ ac finis, est ultimum & specificum  
objec̄tum electionis. Hæc est ratio qua prædictus Autor  
sententiam confirmat. Verum huic rationi im-  
bellitas, confirmare videtur, hoc desiderium ac spem  
reuelen, nō esse actum spei Theologicæ. Habet enim  
deteriorum obiectum quam actus spei; quia hic  
redit ad bonum nostrum; ea autem beatitudo cor-  
poris, nulla ratione est bonum increatum, nec Deus est  
illomodo motu respectu illius actus, etiam si spe-  
deretur propter & perfecta integrum hominis  
beatitudinem, tamquam accessio & complementum  
beatitudinis essentialem ad Deum terminatae.

Quia timor in Christi voluntate agnoscendus, quia  
inde ablegandus.

146. Venio ad actum timoris, quem Petrus Abelardus referente S. Bernardo epist. 190. Christo admittit,  
quod perfiditer obliterat his pauci, verbis S. Bernardus.  
[Omito quod dicit, spiritum timoris Domini non  
fuisse in Domino.] Dammatus est Abelardus genera-  
tum ab Innocentio II. epistola quæ ibidem subiicitur,  
& est numero 194. Nec quoad rem præsentem, est  
longa conformatio opus. Nam disserit Isaías cap. 11.  
pronunciatur de Christo, repletum eum spiritu timoris  
Domini: Ipsi tamen Abelardus, epistola sua 20. ita inen-  
tem fiani explicat, ut tametsi fortassis errat, absolute  
dicendo in Christo non fuisse timorem Dei, tamen  
fuerit potius error quod indistinctam locutionem,  
quam in se ipso: quandoquidem affirmat, se tantum  
intendere negare Christo timorem seruilem qui à per-  
fecta caritate foras mititur. Sic enim scribit Abelar-  
dus. [Multa de Christo dicuntur, quia non tam secun-  
dum caput quam secundum corpus ipsius, quod est  
Ecclesia, sine accipienda: Ut ille Spiritus timoris, quod est  
affinitus sapientia, quem videlicet timorem, perfe-  
cta caritas foras mitit. Huius ergo timoris spiritum,  
in anima Christi qui perfectissimam habuit caritatem,  
nonquam fuisse credendum est, qui tamen in inferio-  
ribus membris non deest. Tanta quippe perfectionis,  
de tanta securitatis anima illa extitit per ipsam Verbi]

unionem, vt sciret nihil omnino se committere posse,  
vnde peccatas incurrit, vel Deum offendit. Cautum  
quippe timorem in saeculum saeculi permanentem qui  
propriæ reverentia caritatis dicitur, tam ipsi animæ Christi,  
quam electis Angelis, & hominibus inesse, semper  
recognoscit. Vnde & de ipsis lupernis spiritibus (criptam  
est; adorant Dominationem, tremunt Potestates.)  
En distinguit Abelardus de timore, & exacto feruli  
timore à Christo Domino, solisque membris corporis  
mystici concessio, castum timorem & reverentiam  
Christo tribuit.

Non possum certò affirmare, an S. Bernardus, solam  
(vt dixi) male sonantem locutionem reprehenderit:  
an vero Abelardus more erorum deprehensorum, re-  
fugeit fateri quod erat, & mencita sit iniquitas sibi.  
Nam in illa ipsa epist. 20. Abelardus quædam sibi vn-  
quam excidisse pegas, quæ certum est ab eo prius tra-  
dicta. Nec nisi calumnia insimulata B. Bernardo, & In-  
nocentio Papa Abelardum damnante levitatis nimis  
accusato, negare licet, Abelardus aperti mendacij reum  
teneri, quod aliqua que ibi à se vnuquam asserta negat.  
Quidni ergo etiam in hoc puncto, mendaciter potuerit  
diffiteri à se dictum, quod prius aperiè tradidit? Ut, vt  
vero sententia aliquando Abelardus, liquet ex eius pali-  
nodia proposita, agnitus postea fuisse ab eo timorem  
Dei in Christo Domino; sed castum, quem dici ait re-  
verentiam caritatis. Videretur autem imitatus Cassianum  
qui collat. i. c. 13. late in Christo altrius timore per-  
fudit; quem vocat caritatis: siue eum describit,  
vt dicat esse [ quem non peccatum terror, nec cupido  
præmiorum, sed amoris generat magnitudo; Quo vel  
filius indulgentissimum patrem, vel fratrum frater, vel  
amicum amicos, vel coniugem coniunctus, sollicito reue-  
retur affectu: dum eius non verbena, neque conuicia,  
sed vel tenuem amoris formidat offensionem, arque in  
omnibus non solum actibus, verum etiam verbis, ac  
cononta semper pietate distenditur, ne erga se quantu-  
lumcumque fetor dilectionis illius intepelat. ] Ve-  
rum hic timor quantumvis in se sublimis & perfectus,  
non videtur tamen posse in Christo statui; quia sup-  
ponit peccabilitatem sui subiecti. Ut quid enim timeat  
peccare, & Deum offendere ne bonitatem violet, qui  
scit se peccare non posse?

247. Igitur timor qui in Christo fuit, non est sic ex-  
ponendus: sed accipendus est de timore reverentiali,  
qui est actus temperantia, siue humilitatis vt tradidit in  
Morali dist. 3. num. 350. & in opere de S. Lattone c. 8.  
post Richardam in 3. d. 34. art. 2. q. 4. Altissidensem  
lib.; summa c. de timore q. 3. & Alentem 3. p. q. 66.  
membro 1. & 2. p. q. 156. membro 2. art. 1. illo actu, ho-  
mo ex consideratione immensa Dei maiestatis, delipit  
se præ Deo, et crudeliter se in suum nihilum. Et comitat-  
tur plerumque ei timore reverentia, & vt passim lo-  
quimur *reflexus*, ac observantia exacta in cultu debito  
reddendo, omnibusque eius minujs exacte ser-  
uandis: quæ videtur causa esse, cur aliqui attendentes  
ad actum religionis concomitantem, dicant timorem  
reverentiale esse religionis, vt videtur est apud Lef-  
sum l. de iust. cap. 27. initio & apud Suarem lib. 3. de  
relig. in commun. cap. 2. n. 5. Is ergo timor in Christo  
fuit, non autem vultus alius: ac ne filialis quidem, ca-  
menisi in nobis quia peccabiles sumus, timor offensa ex  
affectu filiali, valde commendetur. Optimè hæc omnia  
tradidit Richardus a S. Laurentio l. 12. de Deipara serm.  
in Narin. Christi, pag. 1048.

Timor quoque sermili, tametsi scimus appendice  
sermilitatis, bonus sit, ob subiecti tamen labilitatem  
quam supponit, Christo non competit. Itaque quod  
S. Augustinus lib. de grat. & l. arbitr. cap. 18. affirmit,  
timorem seruilem esse spiritum timoris Domini ab  
Isaia c. 11. expressum, benigne exponit Bellarmi. l. 2.  
de peccatis. cap. 17. in fine; de timore in vniuersum: ita

T. 4 feliciter

Scilicet ut Elia, per spiritum timoris Domini qui Christum replevit, intellexerit timorem prout comprehendit seruilem & filialem; quorum hic duntaxat in Christo fuerit. Sed interpretatio non videtur quadrata quia eum spiritum timoris intellexit Elia, qui re ipsa in Christo fuit; & quidem in singulari; nam de ornamento Christi singularibus agebat. Ergo si intellexit timorem seruilem oportet Christo concedere hunc timorem, quod merito refutat Bellarminus. Quare diximus postius, S. Augustinum, cum commendare veleret timorem seruilem absque seruitate, cumque appellasset donum Dei, obiter adduxisse locum quo Isaías ait aliquem timorem esse donum Dei, ut ex infinitate & convenientia in generali ratione timoris, assertaret hunc quoque timorem despiciatorem de quo ipse agebat, esse donum Dei: quamvis timor quem Isaías Christo assignarat, esset longè alius. S. Gregorius quem præterea adduxit Bellarminus, tanquam assertentem spiritum timoris ab Isaia expressum, & Christo tributum, esse timorem seruilem, disertè tribuit timorem seruilem Christo in se, vel in suo mystico corpore; id est in nobis: ac proinde locus ille nos non virget, etiam si locus Isaiae ad timorem seruilem minus commode à D. Gregorio trahatur.

248. Duriusculè præterea locutus est in hanc rem Rupertus, l. i. de Oper. Spiritus sancti cap. 25. cum dixit. [Mirandum vniuersæ creaturæ proponit spiritaculum, quod scilicet creator hominum, Deus, illum usque descendenter, unde peccatori homini ab infernalibus peccatis & vitiis emergenti, initium ascendendi sumendum sit. Nam initium sapientia timor Domini. Huc usque creator descendit, Propheta dicente, post omnes gradus spiritum Domini, & replebit eum spiritu timori Domini. Non erat mirum quod requiesceret super eum spiritus sapientie, & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientie & pietatis: non, inquam, mirum, quia magnificum erat, quia divinum maiestatem dignitate antiqua decebat hac omnia. Quis autem Angelorum, aut hominum, non miretur, Dominum usque ad timorem Domini descendisse: Deum ac Dominum celis ac terris timendum, timoratum factum esse, non partim sed plenarie, & quantum verbo repletionis, aut plenitudinis potuerunt homines in eodem spiritu sancto loquentes significare? Itaque secundum hunc modum, digna cum admiratione dictum sit, Iesu autem plenus spiritu sancto, regressus est à Jordane.] Quod tantoperè exaggerat Rupertus, Christum descendisse ad timorem à quo ordinari justificatio, qui sane est timor seruili, late sumendum est ob convenientiam genericam timoris, ad quem Christus descendit; nempe reverentialis, cum timore seruili, quem reuera non assumptum.

Potid negauit Christo omnem timorem præter reverentialem, si agatur de timore ipsummet Christum respiciente, & Christum ad aliqua facienda vel omitenda impellente. Nam si ageretur tantum de timore peccati ab alio patrandi, propter pœnam ab eo incurram, non esset istimor à Christo alienus, spectaretque ad proximi charitatem. Idem dico de timore peccati ab alio admittendi, siusque fuga, quia est iniuria Dei, aut contra bonum diuinum: nec non etiam de timore malorum grauium ex amore sui honesto, aut ob suscepita in se aliena peccata quibus talia mala debeantur, qui essent actus penitentie & charitatis, haberentque in Christo locum. Verum propter timor respicit aliquid ipsiusmet timentis, ratione cuius aueratur ab actione, aut inducatur ad agendum. Et talis timor respectu Dei, nullus in Christo fuit, præter reverentialem.

Gaudium beatificum è Christi viatoris voluntate, sub passionem qui expunxerint.

249. Restant actus supernaturales voluntatis ordinis gloria, quibus vnicum aiebam vocatum esse in contouersiam, & Christo ab aliquibus fuisse negatum, nempe delectationem tempore passionis. In le. quendam cum iuuenis esset propugnasse publicè, alle. ri. Canus 1. de locis cap. 14. in fine, nec revocat sene, imò magnos inde igniculos excitati existimat ad gratitudinem erga Christum, pro tanta in nos charitate, qua se nostra causa omni gaudio spoliare, & inebriare animam suam absyntio, non delectarit. Adhuc seruere Cano ex nostris Val. 3. p.d. 1. quest. 9. part. 1. Salmento 10. tract. 14. & Maldon. in c. 26. Matth. v. 37. quorum præcipua ratio inde videtur ducta, quod id videatur permodum ad declinandam grauem difficultatem, ex cohaesione summum gaudij & summe tristitia in eadem Christi voluntate. Quomodo enim immensa suauitate beatitudinis voluntatem Christi occupante, posuerit locus in ea esse tristitia?

Non extircent sane eam implexitatem, qui respondent cum S. Thoma, q. de passionibus animarum, que est 26. de verit. art. 10. quamvis contraria non possint simul esse per se, posse tamen simul esse per accidens: ut cum quis in nauj deambulans, fetur motu proprio in alteram partem, quam feratur nauis. Sic enim dicunt, in voluntate Christi fuisse gaudium per se, quia erat in ea per actum proprium: fuisse autem dolorem per accidens, ex redundantia à corpore. Hoc responsum negat Canus esse solidum, quia quamvis in formis respectibus, cuiusmodi sunt motus locales & relationes, possit cerni ea cohaesio pugnantum, non tamen in formis absolutis. Neque enim calor & frigus prout contraria sunt, ac praesertim in summo, coherent ibidem: Multo minus igitur gaudium & tristitia in summo, quia hi actus sic se habent, ut unus excindat rationem obiectuum alterius: unde videntur nulla ratione posse conciliari, & simul esse.

Respondebat insuper D. Thomas, gaudium illud Christi & tristitiam caruisse contrarietate, quia non erant de eodem. Sed hoc quoque responsum refutat Canus, quia Christi voluntas de eodem plane obiecto materiali, nempe de morte sua & crucifixus, lababatur & tristabatur. Quod autem rationes motus virtusque affectus essent diversæ, parum referebat ad eum concordiam. Nam cum semper hi affectus discipent rationibus motus atque formalibus, sequentur eos semper & vbiique posse simul coherere, si sola diversitas motus ad eorum concordiam latet. Quare non potest negari; quin duo contraria voluntati Christi infederint, si dolor & tristitia de eadem re, occupant eam simul. Imò experientia docet, tristitiam & gaudium de diversis, excludere se ab eadem voluntate. Nam suauitas illa quam infest gaudium, refudit amatorem tristitiae, eumque libiue undecunque exagit: vt propterea qui amaro sunt corde; capient solita ex aliis obiectis, nec tantum ex aliis eisdem obiectis rationibus.

Quod igitur ad dissoluendam hanc difficultatem ex actum contrarietate Christi voluntatem infesta, commodum videretur voluntati Christi gaudium beatificum admirere per tempus passionis; haud grauiter Canus in hanc partem concessit; & secuti sunt quos reculi. Sicut ob eamdem difficultatem, alii supra addueri, negarunt voluntati Christi superiori tristitiam. Addi potest argumentum quod sibi objicit Scotus, ex pugnantibus cordis moribus quos summa delectatio & gaudium cordi inferunt, si simul occuparent voluntatem. Itaque cum Christus alteruto aspectu in voluntate spoliandus sit eam ob causam, nec possit remoueri tristitia, remouendum esset gaudium.

Reijcina

Reiciuntur.

150. Mihi negatio illa gaudij beatifici Christi per tempus passionis, incommoda videtur, & visa etiam est plerique recentioribus, qui iuuenilibus Cani studiis non finit delectari. In his sunt Socrat. i. 3. p. d. 18. sect. 3. Valsq. 3. p. d. 76. num. 26. Ragusa disp. 8. 4. Beganus tract. de incant. c. 12. q. 7. Iustinianus 1. Petri 4. v. 1. n. 4. & complures alii, quorum nonnulli Canum hac in parte damnant temeritatem, ut refert Ragusa, qui adiuta & reiecta quorundam aduersus Canum argumentatione ex quibuscum scripturis & Patribus gaudium Christi in audeunda cruce prudentibus, quia reuera non agunt de gaudio beatifico quod Canus tollit; alter abigit Canum, nimurum ex eo quod ex natura rei gaudium separari nequeat à visione beatifica. Nam gaudium est quies appetitus in bono habito; qui appetitus tamēsi irrequietus perseveret quando finita donata bona ei obiectantur, tamen praeiente summo bono planè extinguitur, & non quiescit. Quid enim fierius appetit qui immensitate boni potitur? Cum ergo in termino illo ac priuatione motus, iuxta D. Thomam & Theologos, sita sit ratio gaudij, non autem in actu quoquam positivo, non potest fieri, ut gaudium præiente possessione summi boni suspendatur, non modo à voluntate, ut omnes fatentur, sed ne à Deo quidem. Sic enim maneret appetitus boni propositus, quod tamē si p̄s̄t̄ est, arce adeo appetit nequit.

Heo & alia aduersus Canum, p̄t̄d. &c. Autor: sed reuera ineffacit, & admittit plerique à vera Philosophia abhorrentibus. Falsò enim assomit, gaudium non posse separari à visione. Cum enim sint actus realiter distincti, & in diversis potentias repertiani, gaudium qua ex parte non connectuntur essentia liter, ut illo cum gaudio, non poterunt separari diuina vis. Apud contulisse gaudium cum amores hos quoque sicut differe realiter, & esse separabiles non mutuo, tanta contouesciam esse deber. Falsò præterea affirmat idem Autor, appetitum cuius quies tribuitur gaudio, cessare & extinguiri præiente summo bono. Ille enim appetitus, nihil aliud est quam voluntas, quæ certe non perire nec extinguiri præiente summo bono. Nec quies illa est aliquid priuationum, v.g. nuda carensia mortis, sed est quies vitalis & suauitatis boni adep̄ti; non mod̄ summi boni, sed cuiuscumque. Quamvis enim non nisi posita summi possessione voluntas plenè quiescat, eo quod nullum aliud bonum par sit ingluvi eius, (ut sic dicam,) sine infinita capacitate expleanda, tamen adepto bono quoconque, appetitus quod illud quiescit, id est non ultra mouetur ad illud capendum, sed capitulo fruerit, & in eo prout bonitas illius volent, colligetur. Quare argumentatio popolita, non est ad Canum repellendum idonea.

151. Apud ergo Canum refellere inde possumus, quod fons gaudij fuerit in Christo indeficiens. Egregie plane de eo Richardus Victor. l. 2. de Emman. c. 2. vbi tractans illud butyrum & mel comedet, præfatu quod bu-tyrum esse ex lacte, quod significat cordis dulcedinem, subdit: [Butyrum de lacte colligitur, & vera cordis exultatio de vera cordis dulcedine generatur. Quanto abundamus lacte, tanto & butyro possumus abundare. Sic & iuxta abundantiam benignitatis erit & abundancia iucunditatis. Si cor Christi attendimus, nihil illo dulcissimum, nihil illo benignissimum, nil vñquam creaturam, illo corde dulcissimum esse potuit; nil vñquam dulcissimum esse poterit; nullum cor, corde illo vñberius exultant. Vera cordium nostrorum exultatio, solet esse de testimonio conscientiae. Gloria nostra, (inquit,) haec est, testimonium conscientiae nostra. Testimonium conscientiae bonae in nostro corde, concupiscentia non consentire. Testimonium conscientiae in illo corde, nullam, concu-

piscientiam sentire. Quid illa conscientia mundius fuit, que nullam concupiscentiam sensit? Quid illo corde dulcissimum fuit, quod nulla malitia tetigit, quod nihil felis, nihil amaritudinis, vel habens vel habere potuit? secundum autem magnitudinem dulcoris, erat & in ipso magnitudo exultationis. Perpende si potes, quanta dulcedo cordis illius fuerit, quam tanta passionis acerbitas, interpolate vel attenuare non potuit.]

Accedit optimum quoque argumentum, ex eo dictum, quod beatitudo quæ ex delectatione saltem integratur, debeat esse firma & invariabilis: ac proinde non debeamus beatitudinem Christi variabilem & instabilem dicere, præcio quodquoque ab ea complemendo, quod apud vulgus designatur præcipue nomine beatitudinis. Quod si per tempus passionis beatitudo Christi truncanda est ad eum modum, idem sane faciendum erit per totam Christi vitam: quia durante ea tota, horrida illa species cruciatuum inferendorum, eamque conseqnens acerbissimæ necis tristitia, Christo semper est obversata. Quid si vero aliquis, eadem miraculosas & contra debitum factas subtractionis fingendi licentia, dicat, interdum quoque animam Christi desponsi videre Deum, ut ingens illud dispensandum nostri causa subire: Amorem vero cessasse necesse est, si celavit gaudium supposita indictione reali gaudij & amoris, quam inter aduersarios tradit Valentia 1. l. d. 1. quest. 4. p. 1. Atque ita nihil firmum & stabile habemus de Christi beatitudine. Quare dicendum omnino videatur, Christum simul & semel, in voluntate cum gaudio beatifico tristitiam quoque immensam perpetuum esse, similiisque abysso tristitia & gaudij, immersum fuisse.

#### *Ad fundamenta contraria placiti.*

152. Fundamentum vero Cani, seu repugnantia eiusmodi actuum, variis modis exertitur per varios DD. ut Ragusa disp. illa 8. 4. late refert. Breuiter dico, naturaliter quidem loquendo, duos illos affectus notabiliter intensos non posse simul vigere in eadem voluntate, eo quod unius plenitudo, voluntatem absot-beat. Potest tamen diuina vi accidere, ut duo illi actus simul locentur in una voluntate diuinatus vegetata, ut dum unū impeditur, non abducatur ab altero. Non enim gaudium & tristitia habent tantam inter se inconciliabilitatem, quamram alienus & dissensus de eodem obiecto: quia alienus & dissensus ita comparantur, ut mutuo excidant rationes suas obiectivas; unde ne in remissu quidem possunt cohaere. At tristitia & gaudium, cum non sunt de eodem, non ira se habent, ut Durandus recte videt in 3. d. 15. quest. 3. n. 10. Itaque totum dissidium quod inter gaudium & tristitiam esse potest, inde peti necesse est, quod iuxta Aristotelem 7. Ethic. cap. v. l. mo, spectato naturali statu potentia summo gaudio præoccupata, necesse sit exultare ab ea tristitiam: Et est contrario voluntatem altissimam tristitiam inossam, non possit subire gaudium, ob finitam vim potentia, quæ utique illi actui notabiliter intensio locum non præbet. Quia ratione, damnatos meta doloris acerbitate, nullo ac ne tantillo quidem ex vanis solatiolis quæ occurtere possunt gaudio dilata, torqueri recte existimat Guilielmus Paris. 3. 2. de vniuerso c. 4. & Valsques 1. p. d. 242. n. 7. & 8. Eam vero finitam vim potentia anteaffectu præoccupata, aut uno corum inesse, facile est Deo roborare, & ut ad utrumque actum simul sufficiat, patentes sustollere.

153. Quod autem de pugnantibus cordis Christi motibus sibi obiecti Sotus, in 3. d. 15. non est necesse enodati recurrendo ad diuinam potentiam. Naturaliter quidem ad tristitiam voluntatis cor costringitur, & ad gaudium dilatatur: nec duo illi motus possunt simul & semel, etiam vi diuina, in eodem corde habere locum,

locum, ob accessum ad unum terminum vi unius motus, à quo vi alterius motus receditur; unde si coniungerentur, oportet simul & semel aliquid accedere & recedere ab eodem termino. Tamen nihil est quod prober, hos motus debuisse simul inferri cordi Christi, posito summo gaudio cum summa tristitia in Christi voluntate: quia motus illi cordis non consequuntur affectum voluntatis, sed tantum affectum appetitus sensitivi, qui in Christi passione nullo gaudio perfusus est, impidente Deo redundantiam, qua connaturaliter rem spectando, perfundere debuisse appetitum sensitivum vitali suavitate ipsi proportionata. Itaque sola constrictio ex tristitia, cor Christi premebat.

Addit Gabriel in 3.d.15, *in fine sex tristitia & gaudio æqualibus, non existere motus illos pugnantes, eo quod se collidant & inuicem præpediant. Sicut si opponerentur aqua & ignis viribus actuis & resistuius planepares, & lignum statueretur in medio aptum æquè pati ab utroque, nec calueret, nec frigesceret. Similiter igitur censet Gabriel ex gaudio & tristitia quæ ambo in Christo fuere summa, nec dilatationem nec constructionem præternaturalem esse consecutam, altero affectu vim alterius motiuam inhibente.*

Sed hæc responsio, neque necessaria est (quia prior sufficit) nec usurpati potest: quia duo hi affectus non possunt effectus suos innicem excludere, reddendo subiectum incapax motus per alium affectum inueniri, vt per se pater: nec activitatem mutuam præcludendo, cum neuter quiquam supponatur agere, vel in cor, vel in alterum affectum. Formaliter autem, ac per sui ipsorum communicationem, non possunt se præpedire mutuus, quia non insunt eidem subiecto immediato. Ig tur ut mutuo colliderentur in causando motu cordis, neccesse esset unum affectum præoccupasse cor, ique motu sibi consentaneum impressisse. Sicque altero affectu tentante cor, interim dum viget adhuc affectus prior, & motus ei congruens persequatur, sequeretur motuum collisio: in qua neccesse esset cor discripi & diffingi, non autem proslus catere effectu virtuique passionis, vt Gabriel imaginabatur. Alter vero philosophandum est, de ligno inter æqualia actina constituto, iuxta oppositionem Gabrieles: quæ tamen lignum diuinitatis constitueretur indiuisibiliter extensus inter utrumque agens, ita ut esset velut unica superficies inter ea interiacens; sic utrumque agens ageret in eam superficiem ablique noxa alterius, & imprimeret in eam aliquid qualitatis sibi propriae, intra latitudinem earum composibilem; quæ cum primum completeretur, utrumque quidem agens quod singitur force æquilater actuum aliquid ageret, sed cum dispendio mutuo: non quod unum agens tolleret effectum qui nonne priuimus ab altero imprimeretur; (Sic enim effectus ille simul ponetur, & destrueretur;) sed quod pars effectus alieni ante producta, decenteretur, superlita nova ei superinducta, & gradualiter coniuncta in unam totalem formam; quæ versus immum, hoc est versus partes anterius unitas periret, ob formam contrariam ei subiecto aduestam per actionem hostilem: idemque vice versa contingere, circa alteram qualitatem agenti inimico respondentem. Qua ferè ratione philosophati cogimur in reactione.

*Omnibus actualibus voluntatū Christi perfectiōnibus, ad viam spectantibus, consertum meritum.*

254. Fuit igitur Christi voluntas subiectum omnium perfectionum actualium, cum natura, cum gratiæ, cum gloria, quæ statum Christi hominis Dei non dedecuerunt; euangelii sunt actiones omnes non male. Nam de turpibus quæ aperte abhorrent à Christo, agendum erit leuent capite, cum remouebimus à voluntate Christi defectus eam dedecentes. Nunc priuquam progrediamur ad perfectiones voluntatis, que actus quidam primi ad secundos actos propositos ordinati, attingenda est insigne prærogativa moralis, perfectionum voluntatis actualium haec tenus expotatum, quæ non est exigua perfectionum illiusmodi actualium perfectio; nempe vis mercioris, que immediate & per se primò in voluntatis actibus eliciti continentur, & inde deriuantur ad imperatos; sive ipsi voluntati, sive aliis potentissimis insidentibus. Quamvis autem in nobis omnes actus voluntatis non porridentur hac prærogativa, eo quod non cernantur in omnibus conditiones ad meriti fundationem idoneæ: (plerique enim sunt meriti naturales, & independentes a libertate, & indifferentes: qui omnes actus inuidonei sunt, ut eis implantetur meritum:) Tamen in Christo omnes actus voluntatis pertinentes ad viam, meritorum suorum quia nullus eorum fuit indeliberatus, vel extortus, sed omnes fuerunt liberi & à ratione indiū iuxta illud S. Bernardi tert. 4. de Ascens. [In nostra vita, multa quantum in nobis est, videmus agere casu, multa necessitate. Sed Christus Dei virtus & Dei sapientia, neutri posuit iubicatura. Quæ enim Dei virtutem necessitas coegeret Dei sapientia casu? Omnia proinde quæcumque locutus est, quæcumque operans est, quæcumque passus est, ne dubites fusile voluntaria, plena Sacramentorum, plena salutis. Hæc scientes, si quid aliquando eorum quæ de Christo sunt, in nostram scientiam venire contingat, non sic audiendum est tamquam si inuentum quidpiam proferatur, sed tamquam id quod etiam priuquam causa sciretur, constaret non sine causa fusile. Sicut enim qui scribit, ceteris rationibus collocat vniuersa, ita quæ à Deo sunt, ordinata sunt, maximèque ea quæ præfata in carne eis operata maiestas. J. Omnis in qua Christi opera libertate præfulserunt ideoque mentoria fuerunt; vel si aliqui actus Christi, ad naturalium causarum admitionem ob sympathiam cum potentissimis inferioribus naturaliter extendebantur à voluntate, tamen euenit liberi erant, quatenus liberè non impediabantur, cum possent impediri ex eurgentibus, atque adeò acceptabantur in ordine ad Dei gloriam & salutem nostram. Neque enim Christus meritis sivebat se agi obiectis, quod à libertatem actuum naturaliter excitatorum, n. n. fusiles sat, eoque reliquisse infregit: sed acto possumus admittere, & ad Deum referendas impressiones naturaliter ab obiecto factas, atque adeò etiam actus inde progerminantes; quo ipso erant sufficienter liberi ad fundandum meritum, & supernaturali honestate, que item ad meritum exigitur, conueniebantur, interuenient actus extinseci eos imperantis: id est acceptantis ipsorum non impeditioem, atque adeò etiam actum positionem.]

255. Imo non desunt, qui opera Christi etiam si merita naturalia, atque adeò per extrinsecum imperium nolentibus euecta ad finem supernaturalem, prouincient fusiles meritoria præmij supernaturalis, ob infinitam dignitatem personæ à qua eliciebantur. Eam quippe honestationem, carent lassificare ad meritum supernaturale fundandum in naturali opere, quamvis non sit ex speciali motione Spiritu sancti, nec ad finem supernaturalem

naturalem referatur. Putant enim has conditiones in pars creaturis requiri, quia eacum gratia non se habet antecedenter ad naturalia opera quae elicunt: In Christo autem sententia tales conditiones non desiderari, eo quod suppletant per conditionem personæ infinitè dignæ; ita ut per eam abunde ordinentur ad supernaturali finem, quamvis ex se aut imperium extrinsecum, et non tendant. Ita Præpositus 3.p.9.7. num. 57. Sivez t.1.3. p.d. 39. sect. 2. ad finem. Pefantius 3. p.q. 19. act. 3. disp. 1. conclu. 4. quibus subscrive videatur Bonac. disp. 2. Incat. q. 12. p. 3. num. 6.

Hinc tamen sententiam non admitto, quia ex ea sequentur opera mere naturalia parvarum creaturarum finitatem collingent, esse supernaturaliter (tametsi finita) meritoria, quod passim rejicitur. Id poterò sequi, demonstratur, quia gratia sanctificans est forma iustis incarna, que ad opera eorum saltem posterius temporis elicit, que antecedentes se habet, ac unio hypothetica in Christo ad operationes Christi naturales. In actiones siquidem Christi naturales, unio hypothistica (divina Verbi suppositalitas, nullum physicum instrumentum habuit, sed dantaxat moralem, quod omnes Christi actiones infinita dignitate perfundebantur, sicut que ex se libere non elicit, ut vegetativa. Similiter autem gratia sanctificans perfundit aliqua dignitate emulsa, (tamen finita,) operationes hominis iusti, sicut liberas. Totumque dictum est, quod persona Christi, quia est infinitè digna, imbutus actus Christi dignitate infinita: gratia vero sanctificans pertinet dominis, cum finita sit, non potest actus eius dignitate extrinseco perfundere, nisi ad certam mensuram. Cum ergo non obstante hoc valore extrinseco operam naturalium hominis iusti, negent omnes opera illa, nisi subveniant per extrinsecum imperium, esse supernaturaliter meritoria; idem in Christo videtur distendere. Sed bene habet quod imperium illud non habet Christo, unde subiectio quoctum eius operam ad supernaturalem finem & ordinem est confessa. Reliquæ autem conditiones ad meritum necessaria, sive ex parte operum, sive ex parte operantis, sive ex parte Dei cui exhibetur meritum, manifestè concursum ad omnes praedictos actus voluntatis Christi, sicut ac nos meriti feraces.

*Mitum actuum voluntatis Christi, non nisi in actibus via, & per viam*

256 Restrixi tamen me, ad actus voluntatis Christi pertinentes ad viam. Valet enim de Christo, quod impleri ad se extendit. *Venit nox, quando nemo potest operari.* Hoc vero quid sit accipere ex Origene hom. 3. in Psal. 36. [Dominus & Salvator] ait, *venit nox quando nemo potest operari;* & hoc dicit de illo tempore quod erit post hoc seculum, tempore quo vniuersus que promulga iustus recipiet penas. Tunc ergo dicit, noctem illum futuram, cum iam nemo potest operari aliquid sed vnuus qui que tunc pascitur ex operibus suis, quæ hic positus operari est: Quum ergo nox fuerit, nemo operatur. In illo tempore malo; quum peccatores suppliciis affligantur, erit sine dubio famæ his qui nullos fructus boni operis collegerunt. In illo autem famis tempore, saturabuntur iusti, ex fructibus felicis iustitiae. Sicut enim in deserto sex diebus colligebant manna, in sexta autem die non vnuus dei modum, sed quantum sufficeret in crastinum colligebant, & vnuus omnis debat in die sabbati, quæ collegat in die sexta: Ita etiam nunc velut sexta quedam dies putandum, Domini nostri Iesu Christi aduentus, & tempus hoc dispensatio eius, quam passione sua hoc in seculo procurauit. Et idcirco dum in die sexta sumus, colligamus manna dupliciter, ut sufficiere nobis possit, dum aduenient vera sabbati obseruatio populi Dei.

Si enim non collegerimus duplices cibos, qui nobis & in præsenti seculo sufficiunt, & in futuro; in diebus famis non saturabimur.] Extra viam ergo, cessat omne meritum,

Id quod rursus confirmo ex Augustino 17. Civit. cap. 4. qui tractans illud facere iudicium & iustitiam in medio terra. Monstrat in primis, facere iustitiam, esse recte vivere. Tunc addit. [Facete iudicium & iustitiam, ex Deo est. Sed quid est in medio terra?] Neque enim non debem facere iudicium, & iustitiam, qui habitant in extremis terra. Quis hoc dixerit? Car ergo ad dictum est, in medio terra? Quod si non adderetur, & tantammodo dicaret, facere iudicium & iustitiam, magis hoc præceptum ad virosque homines pertineret, & mediterraneos, & maritimos. Sed ne quisquam putaret, post finem vite quæ in hoc agitur corpore, superesse tempus iudicium iustitiamque faciendi, quamcum esset in carne non fecit, & sic diuinum euadi posse iudicium; in medio terra mihi videtur dictum, cum quisque vivit in corpore. In hac quippe vita, suam terram quisque circumfert, quam motiente homine recipit terra communis, resurgentis utique redditura. Proinde in medio terra, id est cum anima nostra isto terteno claudatur corpore, faciendum est iudicium & iustitiam, quod nobis prospicit in posterum, quando recipiet quisque secundum ea quæ per corpus gessit, sive bonum sive malum. Per corpus quippe ibi dixit Apostolus, per tempus que vixit in corpore. Non enim si quis maligna mente, acque impia cogitatione, blasphemet; neque id vilis membris corporis operetur, id est non erit reus, quia id non motu corporis gessit, cum hoc per illud tempus gessit quo gessit & corpus. Ita modo congruerint intelligi etiam illud potest quod in psalmo legitur: Deus autem rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terra; Ut Dominus Iesus accipiat. Deus noster qui est ante secula, qui per ipsum facta sunt secula; operatus est salutem nostram in medio terra, cum Verbum caro factum est, & terrenum habitavit in corpore.] Idem habet tract. 44. in Ioan.

257. Praeclarè idem tradit S. Ambros. serm. 43. de temp. sub finem, & insigniter quoque his verbis S. Hilarius in Psal. 5. 1. sub finem, que placet notare, contra novellam cuiusdam de libertate sententiam. [Operationem iustæ voluntatem in tantum misericordia Dei manatur, ut miserans aeternitatis quoque sua, iustum quemque tribuat esse participem. Idcirco in seculo & in seculum seculi, misericordia spes est: Sed confessio tantum in seculo, non etiam in seculum seculi. Non enim confessio peccatorum, nisi in huius seculi tempore est: dum voluntati sua vnuusquisque permittus est, & per vitæ licentiam habet confessionis arbitrium. Decedentes namque de vita, simul & de ire decedimus voluntatis: Tunc enim ex merito praeterit voluntatis, lex iam constituta, aut quietis aut pœnæ excedentium ex corpore suscipit voluntatem: cuius temporis non tam liberam sed necessariam voluntatem, ostendit Prophetæ, dicens: Non est mihi in diebus illis voluntas. Celiante enim voluntatis libertate, etiam voluntatis si quæ erit, cessabit effectus. Transire namque ad Abraham volens diues, chaos medio non sinitur: cum tamen per libertatem voluntatis in Abraham simibus esse posset. Interclusa est ergo libertas voluntatis, quia confessio nulla sit mortuis, secundum id quod dictum est; n. inferno autem quis confitebitur tibi? Sperans ergo Prophetæ misericordiam in seculum & in seculum seculi, confiterit canum in seculo temporalia confessionis officia seculi tempore gerens; spem veð æternam seculorum æternitate protendens.] H. sychius in cap. 25. Levit. initio, pulchre omnino & fusa id ipsam prosequitur.

*RAMP*

Reiecti, qui amorem Christi beatificum, dixerunt meitorum.

258. Itaque neque actum amoris beatificum, neque viuum actum voluntatis, elicium à Christo extra viam constituto, admitto esse meritorum. Amori beatifico Christi, prater Moncaum iam supra reiectum, viam meritoriam conservant Aluates 3.p.d.45. & Rada in 3.controu.12.art.1.conclu.3. & videtur fuisse sententia S.Thomae, ut notat Capreolus in 3.d.18. Nam S.Doctor ea distinctione q.1. art.2. ad 1. ait, dilectionem Christi beatificam, fuisse meritoriam glorie corporis. Et quæst.9. de verit. art.6. ad 6. ait Christum eadem charitate actuali cum viator esset, frumentum esse Deo, & meruisse sui corporis gloriam. Addit Aluates rationem, quia meritum principaliiter consistit in actu charitatis ut terminatur ad Deum; vnde charitas non est radix metendi quatenus respicit creaturas, sed quatenus immediatè ad Deum terminatur. Atqui in Christo fuit meritum perfectissimum. Meruit igitur per actu charitatis, prout terminatum ad Deum immediatè. Non fuit autem in anima Christi alias supernaturalis actus charitatis in Deum, quam beatificus; alioqui accidentia solo numero discrepantia fuisse multiplicata in eadem voluntate. Igitur ipsa Dei dilectio beatifica, fuit in Christo meritoria. Bonitas namque diuina prout atri amoris beatifico obiecta, etiam secundum se & absoluē diligatur necessari, & etenim amor beatificus non sit meritosus; tamen sumpta prout in actu exercitio est ratio formalis diligendi creaturas, amatuer liberè; eodemmet illo actu quo diligitur necessari; quia nihil vetat, eundem actu respectu eiusdem obiecti secundum diuersas iationes spectati, esse absolute necessarium & liberum, ut videmus in amore inceato; qui idemmet prout Deum respicit, est summe necessarius, prout autem respicit creaturas, est plane liber.

Sententia contraria, quæ amori beatifico Christi viatoris meritum abrogat, nihili valetur veritima. Tradunt eam quorundam amorem Christi, infumtum à beatifico & distincsum, & scientiam infusa regulatum agnoscunt: ei quippe amori in Deum tribuant liberaitem & meritum, non autem beatificus. Ita Coninc d.p.29. de actibus supernat. dub.1. num.28. & ante ea Sotus, Medina, Caetanus, Ferrerianus, & alij superius adducti stabilendo amorem infusum, se iunctum à beatifico. Quibus suffragari videtur S.Thomas 3.p.quæst.19. art.3. ad 1. vbi dicitur ait, Christum non meruisse per charitatem, (vixque ait), prout erat charitas comprehensoris sine beatifica, sed prout erat charitas viatoris, hoc est respondens scientiam infusam. Quo loco D.Thomas, non obscurè corrigit, quæ alia de amore beatifico Christi, v. meritoria ornato, tradiderat. Ratio ineluctabilis pro hac sententia esse videtur, quod impossibile sit, eundem actu limitatum & essentiale finitum, esse simul necessarium & liberum. Nam in Deo, ob illimitacionem & infinitatem essentiale, conditiones illæ concurrunt, æquæ ac alia quæ in creaturis non cohaerent: vt quod idem sit relativa & absolutum, idem cognitio & volitio. At actus creatus, cum sit finitus essentiale, non potest æquivalere pluribus actibus pugnantes illas rationes admittentibus. Cum igitur amor Christi beatificus, si actus necessarius, eo quod reguletur per scientiam quæ exhibet Deum ut bonum summum absque indifference libertatem fundante, plane efficitur eum non posse simul esse liberum: non modò respectu Dei qui ei non proponit ut cum indifference obiectum, sed neque respectu creaturarum: quia prout connexa cum Deo clare viso, etiamque amorem postulante, amantur necessario, atque adeo amor ad eas propter Deum ter-

minatus, non est meritorius: prout vero possunt obiecta ut connexæ cum Deo, non amantur amore beatifico, qui fixus & invariabilis esse debet; sed alio amore distincto, à nobis protus dependente. Nam quod dici posset, amorem beatificum extendit ab obiecta secundaria per modificationem liberam; neque ab adversariis affirmatur, neque satis congrui cum ea independentia à libero hominis arbitrio quæ videtur agnoscenda omni ex parte in actu beatifico; quippe habente rationem præmij respectu actuom liberorum; ac proinde oriundo à Deo solo, independenter a nobis liberè operanticibus.

259. Argumentum ex Aluates propositionem, labat vndeconcup. Nam quod toties repetit hic Autor, actu charitatis non esse meritorium nisi quatenus terminatur ad Deum, falso plane dicitur: Siue sensus sit, solum actuum erga Deum à charitate elicium, esse meritorium gratia & gloria, quod censuit Bannus 2.2.q.24. art.6. dub.5. latissime reiectus à Suare relect, de cuius merito d.4. ferm.1. & seq. & l.1.2. de gratia c.8. sic sensus, sit actuum quicunque meritorium debere saltantem imperari à charitate in Deum, quod censuit Almanus in 3.d.18. sub initium, & Bellarm. l.5. de justifica.15. Mihil enim indubiatum est, & actu charitatis prout tendit in proximum, & actu virtutum quacunque insularum liberè profosus, aut imperatos abique interuentu charitatis actualis, esse meritorios gratia & gloria essentialis; ut fert eorum origo à principio insulo, ratione cuius per se & suæ naturæ tendunt in Deum Autorem gratia & finem supertemporalem; etiam non habeant Deum pro termino immediate: quod aduersarius haud dubio Bannum fecundus, existimat esse necessarium, ut de merito: ita ut abique tali ordine ad Deum, plane exultet meritorum, & hi sepe repetit absolute & sine restrictione vla, quamus item adhuc huius limitationem, quoniam dixit, principaliiter meritorum consistere in actu charitatis, prout ad Deum terminato: sub qua limitatione, proposito vera est, sed non quadam instituto aduersarij: qui ex eo quod debet Christo concedi verum meritorum, deque locum non habeat nisi in actu charitatis immediate ad Deum terminato, contendit inferre, actu charitatis beatificum, (quem supponit unicum in Christo esse charitatis actu), fuisse revera meritorium in Christo viatore. Quare huius limitatione illa semel adhibita, non videatur artificio. Mens enim aduersarij perspicue fert, actu meritorium debere esse actu charitatis in Deum: quod (vi dixi) falso est. Vnde maior argumentum ex aduersario proposito, falsa est. Sed & minor, quia negat alium in Christo fuisse actu charitatis in Deum, distinctum à beatifico, reiecta late est superius. Atque ita moles tota argumentationis concedit, fiximque manet quod afferimus; solos actus Christi pertinentes ad viam, fuisse meritorios.

*Mors Christi, vulnera lateris, resurrectio, an absque merito.*

260. Ex eodem porto principio, statuendum est, nullos alios Christi actus quos extra viam elicuit, fuisse meritorios: ita ut cum vita finiatori exirecet in partem mortis, ipsiusque mortis momentum non ultra pertineat ad viam, sed sit ei externum; nulla plane Christi actio in momento mortis aut postmodum elicita, fuerit meritoria. Videbimus reclamare, innumeris Scripturis, quæ meritum Christi pro nobis, tribuunt morti Christi, quæ sane non obligat Christo viatori. Vnde Petrus Cluniac. ad 5. articulum Petrobusianorum, sic scribit: Ostensum est igitur, viuentis Domini bona mortalis profuisse. Sed ad supplementum omnium demonstratur, mortui insuper bona viuentibus potuisse prodelle. Ad

Ad quod non expectata response mea , totus orbis terra: unum conclamans , vociferans se bono mortis Domini , à morte eterna erupit , saluti redditum , virtute perpetua restitutum . Hoc daodecum Apostoli , hoc legem prouaginta duo discipuli , hoc quingenti fratres , quibus simul resurgens apparuit , hoc innumera multitudine credentium vel non credentium , qui dum ipse temporaliter carne mortuis esset , ipsi etiam temporali in carne viuebant; hoc , inquam , isti omnes attestantur : quos , (vt dixi , ) in corpore mortali viuentes , in corpore mortali eodem tempore mortuus falevit , & ipsis viuentibus bona mortis sua profusile monstrauit . Quia cum ita sit , nullo santi capitio , ut aeterno , reclamante , bona viuentis Domini viuis , mortui mortuis , viui mortuis , mortui vius profuisse , probum est . Confutare igitur videtur , mortem Christi quod vere viam eius confecuta est , fuisse meritorium quod dilecte admittit Card. Vigerius libio de instrumentis Dominicis Passionalis , Tract. 4.c.5. & 6.

261. Item vulnus inflatum Christo post mortem , sive meritum , quod larissime probat Honofrius Menescal in Apologetica disputatione de vulnera latere Christi cap. 6 ad 5. adeoque certum id habuit Daniel Malinios ad cap. 10. Paleotii de sacra lindorum , ut scribat in hunc modum . [Abiit hoc longe à fiducia mercibus , ut vulnus quod pro nobis Christus sucepit , quod nobilissimum corporis partem perculit , quod salutem nostram Christus est operatus , quo Ecclesia concuerant , quo virtutem contulit Sacramentum , mentitione non exit illi suspicetur .] Tanti enim metuunt , ut merito Ecclesia in ordinatione Acolythorum canat , Domine S. Pater Omnipotens æterne Deus , quoniam Christum filium tuum Dominum nostrum gloriosissime crucis vexillo affigi , atque sanguinem & aquam ē laret illius pro salute humani generis effluens & volvitis] Accedunt testimonium Patrum , quibus sanguis de latere transfixi eductus post Christi mortem , dicitur sive preium nostrum , ac redemptio , & latente peccata nostra , unde illud vulnus saluberrimum dicitur . Ita S. Ambrosius l. de bemed. Patriarch. c.4. Et in Psalmo 40. art. Christum latere vulneratum , vitam produsse vulnere . Et fragrantissime serm. 3. in Psalm. 11. ad v.1. verbis illis . [Nardus Cypri , coniobinus meus in iudea Engaddi . Si locum querimus , regionis cuiusdam quae in iudea est , locus sic dicitur , in quo opobalsamum pungitur . Si interpretationem , tentatio Latinè significat , in illis ergo vineis , lignum est , quod si quis compungatur , vnguentum emititur . Hic fructus est ligni . Si non incidatur lignum , non ita frangat & redolent ; cum autem compunctione fuerit artificis manus , tunc lachrymam distillat : Sicut & Christus in illo temptationis ligno crucifixus , lachrymabat populu , vt peccata nostra dilatet , & de vescibibus misericordia sua fundebat vnguentum , dicens : pater dimite illis , quia nos sumus quid faciamus . Tunc ergo in ligno compunctus est lancea , & exinde ex eo sanguis , & aqua , omni vnguento suauior , accepta Deo nobis , per totum mundum , odorem sanctificationis effundens : & quasi balsamum ex arbore , sic virus ex hac è corpore . Vnde ait , senio virtutem tuse de me . Inde opobalsamum expressius dicitur , eo quod compunctione ligni , balsamum per cavernam functionis erumpit . Compunctus igitur Iesus , odorem sanctificationis peccatorum , & redemptionis effundit . Nam & confitit nos , verbum cum esset homo factus : & pauper factus , cum diues esset , ut nos illius inopia ditanar . Potens erat , & despiciendum se potebat , ita ut Hesiodus speneret eum , & illudceret ei . Terram moniebar , & hercubat in ligno . Cælum obducebat tenebris , mundum crucifigebat , & crucifixus erat : Inclinabat caput , & exibat Verbum : Exinanitus erat , & replebat omnia . Descendit Deus , ascendit homo : Verbum caro factum est , ut caro fisi solium in Dei dextera vindicaret . Raymundus Clariensis .

ret , vulnus inflatum erat , & fluebat vnguentum : carabæus audicebatur , & Deus agnoscetatur .]

262. Guericus Abbas , p̄filiū i. horatius fidelem animam , vr. 1. conditum in fossa humo , iuxta Propheta mons , hoc est in Christi corpore transfixo , hæc no . statim de latere haberet ser. 4. in Ramis palm . [Non ad ipsum tantum , sed in ipsum fuge . In foramina petra ingredere , in fossa humo abscondere , in ipsis manibus foratis , in fosso latere te ipsum reconde .] Vulnus enim in latere Christi quid nisi ostium in latere arcet , salvandis à facie diluvij ? Illud tamen figura , ictus autem veritas , vbi non modo seruatur vita mortalis , sed recuperatur immortalis . Ideo quippe latus suum pius & misericors aperuit , ut crux te vulneris viuificet , calor corporis refocillat , Spiritus cordis quasi patenti & libero meatu aspiceret . Ibi tuò latebis , donec translat iniquitas ibi nequaquam algabis , eo quod in vescibibus Christi non frigescat charitas , ibi delicias afflues , ibi gaudijs superflueas : vel tūc demum cum à via capitio tua & omnium membrorum corporis eius , absorta fuerit mortaitas .] Quod de latere vulnera , expresso per arca ostium dixi Guericus , habet item Prolper 1. p. de promiss. 7. nostrum inde precium , & Ecclesiasticu processione demonstrans . Et pulchre eandem allegoriam prosequitur Card. Vigerius l. de instrum. Dom. Passionalis Tract. 4. cap. 10. De ciuidem vulneris fructibus , & nostra ex eo educatione , Egredij Rupertus l. 2. de operib. Spiritus sancti c.19. [Quemadmodum illi veteri Adæ dormienti , costa de latere subducta , & in coniungem illi adficata vel formata est , ut posteritas propagaretur ; sic isti novo Adæ iam in morte separato , de patefacto eius latere , sanguinis & aquæ Sacramentum productum est , & exinde statim Ecclesia reformata , de qua multi per orbem terrarum filii nascerentur . Nam quod opinemur nouit , & nosse debet fidis Christiana , statim vniuersa prisorum electorum , quantacunque ab origine mundi collecta fuerat , apud infertos redemptionem suam expectantes illo sanguine & illa aqua emundata , regenerata atque huic vita copulata est : & exinde quorū singulatim de cunctis gentibus baptizantur , tot filii de isto vito , & de ista eius coniuge nascuntur .] Et hic cerni tres telæ in terra de quibus Ioannes spiritum , aquam , & sanguinem , latè prosequitur idem Rupertus l. 3. ciuidem operis c.4. & 8. & 11. ac. 1. & lib. 1. cap. 13 .

Concinnissime Chrysostomus in Pial. 14. initio , inducens Daniellum colloquenter Deo . [Tabernaculum tuum , regale in mundo , tanquam in agro , video Ecclesiam Sed quoniam magno pretio acquistuisti tabernaculum (pretiosum enim tuum dedisti sanguinem , & acceperisti tabernaculum ) ; & aperte latere , (quod est theca eius , quod est reconditum marupium diuinitatis , arca sanctificationis ) & lancea tamquam clava in arca iniecit aucto autem non vt qui te improbe gereres , sed qui concederes ac permitteres , dedisti preium ex paterno thesauro .] Et homil. de animatione Adami . [Immissio somni in Adam , & tunc latus accepit . Ergo quoniam ex eo latere transgressionis occasio futura erat , & mulier ipsi Adam mortem inuexit , Salvator noster volens plague mederi , latere latus opponit , & in cruce latus lancea obicit , vt vnde manaret vulnus , inde falus oriretur . Exiit sanguis , & aqua . Intellige mysterium , honora dispensatorem , specta miraculum . Nam quia illi adam postquam spiritus est , latus destratum fuit , (non enim à vigilante latus ademit , ) Salvatori item haud vigilante latus træctum , sed post somnum corporis , latus militi dedit .]

S. Gregorius in Antiphonario , feria 6. in Parascene , [Aperto militis lancea latere crucifixi Domini , exiit sanguis & aqua in redemptions Saultis nostræ . O admirabile preium , cuius pondere captivitas redemptio est mundi , Tantata confacta sunt claustra infer-

ni, aperta est nobis Ianua regni. ] Similia de fructu in nos decinato è vulneri illo lateris Christi S. Athanasius serm. in Euang. de passione & Croce Domini , S. Augustinus tract. 110. in Ioan. & S. Bernardus serm. 2. in Octava Pascha.

Cum igitur vulnus lateris sic Christo infixum, cum iam esset extra viam, (dannatus enim est in Conc. Viennensi error alescentium infidetur fuisse Christi etiam nunc vivo quod Petro Ioanni tribuit Guido Carmelita tract. de Petri Ioannis erroribus toto cap. 3.) immerito videatur arctasse meritum Christi, ad tempus quo inter nos vixit passibilis. Denique Christi resurrectio, fuit actio eius extra viam iam constituti: & tamen eam actionem fuisse nobis meritioram, aperte videtur tradere Apostolus Rom. 4. verbis illis, *resurrexit propter iustificationem nostram*, quibus Cornelius, viam meritioram actionis animæ Christi corpus suum suscitantis, expressam significavit.

#### Resolutio negans.

263. Hæc tamen non me dimouent de sententia Nam Christi mors, dicitur nobis meritiora prout erat in fieri, non autem in facto esse; vt loquitur D. Thomas 3. p. q. 50. art. 6. ad primum; quod pertinde est ac si dicere, passionem Christi, & crucifixum quibus mors Christo illata est, meruisse nostram redemptiōnem: quamvis ipsa mors, qua obiit in instanti extinxit vice, atque adeò viæ, meritiora non fuerit.

Similiter vulnus Christi mortuo inflatum, nego fuisse meritiorum. Quod copiose confirmat Cardin. Vigerius l. de instrum. Domini passionis cap. 6. & 7. Acceptatio quidem, qua Christus etiamnum vivens admittere voluit hanc peccatorum sui transfixionem, fuit meritiora: non tamen ipsum vulnus, eiusve perpeccio; quia neque fuit Christo libera cum iam obiecta & anima abesse à corpore, nec fuit illata homini in statu merendi constituta. Et ita rectè Abulensis in cap. 13. Genesios q. 35. 2. & paral. 2. cap. 33. ac Vasques 3. p.d. 76. cap. 2. quos refert Collinus 1. 5. de sang. Christi disp. ultima cap. 1. & refellit c. 3. sed ita ut idem planè cum illis sentiat. Contendit enim hoc vulnus Christi fuisse meritiorum: quod illi inficiantur: adit verò non fuisse meritiorum tunc cum re ipsa inflatum est, sed quando est acceptatum à Christo vivente, & præscienti esse infligendum. Quod est relati in sententiam eorum quos refellit. Nam si vulnus lanceæ non fuit rectorum quando re ipsa est inflatum, ergo fuit meritiorum quando non fuit. Si autem hoc, iudicrum & aperetè absurdum est, efficitur solam eius infligendi acceptationem fuisse meritioram, non autem ipsum vulneris exceptionem, quæ nullomodo fuit meritiora formaliter, sed obiectu tantum, ut rectè affirmant Abulensis, & Gabriel Vasques. Magis consequenter Maltonias loco allegato, hoc vulnus videtur velle fuisse meritiorum cum est inflatum; quia etiam si non esset tunc actu liberum, tamen præcesserat acceptatio liberta, ratione cuius hic effectus poterat libertatem paticipare, quæ ac peccata quæ quis in somno vel ebrietate admittit, si durante vita rationis prævista sint & acceptata, sive vera peccata, & vitio vertuntur, plectunturque. Verum quamvis supposito quod quis velit rueri vulnus ipsum lanceæ fuisse meritiorum, ita loquendum sit, propterea que dixerim Maltonius magis consequenter loqui, quam Collum, qui vulnus lanceæ voluit fuisse meritiorum antequam indigeretur. Tamen fundementum quo hic loquendi modus nititur, euerum est tractando moralitatem actuorum furiosi & ebrii. Sicut enim suo loco ostentum est, actus illos cum exercenter, quantumvis prædicti ac acceptati fuerint, nullomodo esse in se formaliter libertos & meritarios, sed tantum in causa: ita de merito huius vulneris Christo mortuo illati, est sentiendum: quamvis Patres

interdum, sanguinem Christi qui per hoc vulnus effluxit, vocent pietatum nostrum, quia erat portio malæ sanguinis, qui nobis in litrum cessit, & ablutionem nostram expressit.

264. In sensu quem proponimus & admissimus, accipiendum est quod plerique Patres tradunt, Sacra menta fluxisse ex Christi latere. Ita D. Augustinus l. de Symbol. ad Catech. cap. 6. SS. Cyrilus & Chrysostomus in cap. 19. Ioan. ad illud, exiit sanguis & aqua, & alijs ad eadem verba. Minus enim commode alij censuerunt Sacramenta accepisse virtutem ex vulneri lateris Christi, quia passio Christi fuit totaliter consummata in illa postrema totius sanguinis Christi effusione. Nec commodi alij, referunt illud dictum Patrum, ad hoc quod effluxus aquæ & sanguinis è Christi latere, fuerit exemplaris causa Sacramentorum nostrorum. Aut ad hoc, quod sanguis ille est pietatum nostrum vel ad hoc, quod effluxus ille fuit figura duorum præcipitorum Sacramentorum, Baptismi scilicet, & Eucharistie, quæ postrema expositi placuit. Sebastianus Oxomensis 3. p. q. 6. §. 21. & Valentinus 4. d. sp. 3. q. 3. p. 1. & Sayro lib. 5. de Sacram. c. 6. q. 3. num. 9. Non inquam adeò commode videmus hæ interpretationes sententia Patrum propositæ. Nam Christi passio prout meritiora, non fuit consummata in lateri vulneri, quod mortem Christi est subfecit. Neque item Christi sanguis prout pietatum nostrum, ad redemptionem nostram condens formiter, speccandum est quatenus effluxus post Christi mortem. Quod autem effluxus aquæ & sanguinis è lateri, fuerit exemplar vel figura Sacramentorum, nihil refert ad intelligendum quod Patres affirmant, Sacramenta hauiisse vim suam è Christi latere perfusa. Itaque dicendum video, idcirco Sacramenta dici hauiisse vim suam è lateri Christi vulneri, quia illud vulnus fuit mortis Christi appendix, prævita & acceptata à Christo superficie, atque adeò cum obiectu fuerit meritiorum, & se habuerit ut clausula rotis Christi passionis à qua Sacramentorum virtus manauit, non male ei tribuitur virtus Sacramentorum. Ha Soto in 4. d. 2. q. 1. ad ultimum & Med. 3. p. q. 50. art. 6. Malo ita benigni Patres in hac parte expone, quā simpliciter repudiari, quod fecisse video Vigerius Cardin. in Decachordo Chorda 7. cap. 147. in fine.

265. Quod post de merito diximus, negantes illud vulneri lateri Christi, à quæ dicendum est de satisfactione, contra Vegan lib. 7. in Cone. cap. 18. qui consuit plagam illam fuisse satisfactionem, etiam si non meritiorum. Sicut animæ in purgatorio, post mortem, sunt incapaces meriti, non tamen satisfactionis. Sed negandum est animas purgatorijs satisfacere cum tantum satispatiantur. Praterquam quod est magna disparitas inter animam perpeccitionis capacem cum semper doloris, & corporis Christi anima & sensu dolens plane destituta.

Tandem resurreccio Christi, non fuit meritoria efficienter, nec id voluit Apostolus, cum dixit Christum futurum propter iustificationem nostram. Sed sensu quæ tradit Hilarius Diaconus in eum locum. Nempe resurrexisse Christum, ut ex eius tanta parentia argumente, firmarem in fide, sicutque iustificationem adipisceremur, dato præterim post eius clarificationem Spiritu sancto, cui sanctificatio tribuitur, (quod latè prosequitur hunc locum ita endonet Ant. Petri in authen. Epistolæ ad Rom. cap. 18.) & ipso Christo realiū exemplar prædicti euilem sanctificationis, & spiritualis Anatafasis, de quo Iustinian. 1. Petri 3. v. nmp. 14. fortassis autem simplicius diceremus, in his verbis *traditus est proper dilecta nostra, & resurrexit proper iustificationem nostram*, coiunctionem illam, & non sumi copulati, ita scilicet ut ex antecedentibus & subsequentibus sicut dux enunciationes, sed sumi copulati,

palatum, ita ut unica exigitur enunciatio. Itemque præpositionem proper, sumi alter in priore membro, in quo sonat occasionem tradendi Christum, alter in secundo, in quo designat veram causam finalēm totius sententiae ex ambobus membris integratam? perinde ac si dictum esset; Christus occasione peccatorum nostrorum, in morte & clade, non perpetuan, sed refectione sublequenti reparata, traditus est, ut iudicaret nos a peccatis nostris in sanguine suo.

*Voluntas Christi, à primo via momento, usque ad eius clausulam meruit, consummans cum via meritum.*

166. Nihil ergo Christus extra viam meroit, sed unum durante via: Et quidem tota, ita ut à primo momento intrinseco vita ad finem usque, seu usque ad primū instanti extrinsecum vitæ, sine interruptione momenti. Et in primo quidem momento intrinseco meruisse Christum, est communis sententia, contra suspicere electam tenuerat Durandi in 3. d. 18. q. 2. Quod Christi meritos ablegat ad tempus vius rationis in pueris vulgaribus, quando phantasia in Christo potest operari conlentem ad recte intelligendum. Anteius enim non agnoscit in Christo aliam scientiam quam beatam, que non poruit usui esse ad meritum. Cum autem superius monstratum sit, scientiam infusam phantasie cooperationi nequaquam alligaram, videlicet in Christo ab initio; voiuenter hæc Durandi ratiocino evertitur: eamque etiam conterunt Patres, qui pulsim in Sermonibus de Nativitate & Circumcisione & poertia Salvatoris, agnoscunt incommoda quo Christus insens perculit, fusisse nobis merititia, & ut Augustinus loqueretur serm. 11. de tempore, [adoptionis infantis] ex quibus facta sunt emplastratae naturæ.] Sit enim Ambrosius lib. 2. in Lucam, [Me illius (naturæ) infancie vagientis abluere fletus, mea larmæ illæ delicta lauerunt.] Apostolus quoque Hebr. 10. de Christo ingrediente mundum, & hunc dicente, ecce venio, affirmat eum meruisse; subdens, in sua solamate sanctificati sumus, per oblationem corporis hæc Christi semel.

Ex quibus verbis, sunt qui colligant vel esse de-side Christi meruisse in primo instanti; vel id adeò esse fieri proximum, ut sine periculo negari nequeat. Mihi vero quamvis inde non infirmum argumentum peti possem ad firmandam communem sententiam, Magistri in 3. d. 18. & passim Scholasticorum ibidem, nec non S. Thomæ 3. p. q. 34. art. 3. assumunt Christum meruisse in primo instanti intrinseco vita; cum non modo ad merendum apud iam tunc fuerit, quam Augustinus quos à primo productionis instanti meruisse, perseguita est sententia: Tamen nihil occurrit, quod illum tantam certitudinem meriti Christi iam à primo instanti intrinseco, solidè euincat. Nam si quis dicat, Personam adiens, in qua erat seruus nequam, corripuit illi & nescit. Non est sensus, Petru hæc præstet sic in primo instanti quo domum subiit, sed potest tota proposicio vera esse, dummodo non ita multo post ab ingressu negotiorum perficerit. Quidam ergo possit ad eundem modum accipi Apostolus verbis allegatis: Itaque merito Regula t. 2. 3. p. d. 4. rigorem censuræ à prædictis recentioribus in differentes intortæ, despiciunt habet. Ni illo minus tamen admittit meritum Christi in primo instanti intrinseco; quia quamvis non possit satis euincere, ex verbis prædictis Apostoli, inde tamen haberit videtur, quod ex illis verbis constet, Christum sub vita iniunctum, saltemque aliquanto post, meruisse; offerendo Patrem, & descendendo, ecce venio: nec possit assignari ratio illa, cum meritum Christi, eaque optima voluntas in qua sanctificati sumus, dilationem tantisper sit patitur. Prudenter ergo facturi videantur, si quod est Christus.

Theoph. Raynandi Christus.

sto dignius, planèque difficultate vacat, ei tribuamus: ut scilicet ne prima quidem vita eius portio abierit infrugifera, ac sanctorum operam ordinis vis, atque adeò etiam meriti expers.

267. Cœptum verò in eo primo momento sanctè operandi ac merendi exercitium, continuavit Christus per totam reliquam vitam; nullo planè vel tempore vel momento ad extrinsecum usque inflans quo disrupta est vita aurea, & Christus vivere desit, sancta quam operatione vacuo, atque adeò evam merito eidem operationi implantato. Non dico Christum unica semper interne volitione qua se primū Patri obtulit, per totam vitam continuata, meruisse; aut alijs quidem internis volitionibus, sed quæ ad primam illam perpetuò perseverantem compararentur ut actus imperati ad imperantem, metitum suum, iuge ac perpetuum fecisse: quod recentiores nonnullos censuisse, refutat Valsquez 3. p. d. 75. cap. 4. Hoc ego non dico, quia ridiculum videtur, vel negare Christo varijs actionibus voluntatis, vel unum stabilem & immobilem infra amorem beatissimum communisci. Sicut enim intellectus quadam actus ordinis via, non erat perpetuò defixus in una cognitione, sed nunc in hac, nunc in illa obiecta sancta ferabatur; ita voluntas quæ intellectus ductum sequebatur, nunc hunc nunc illum virtutis actuū internum, pro varietate obiectorum per scientiam infusam exhibitorum, profundebar. Vnde meritorum Christi cumulus, perpetuò & sine intermissione accessione accipiebat; ne tempore quidem somni vacante à sancto opere & merito: quia cum scientia infusa independens esset ab operatione phantasie, æquè intellectus, arque adeò etiam voluntas in actu prodibant per tempus somni, ac alio quoconque.

Ita tamen varia hæc Christi merita per totam vitam continuata, concatenanda sunt cum passione, ut in hac tantum consummatum sit integrum meritum in actu secundo, cui Deus rependere statuerat tamquam premium, salutem nostram. Non quod primò, anteriores quilibet actus non fuerint ad merendum illud premium sufficients: Aut secundò, quod aliquis Christi actus nobis impensus non sit, & in redempcionis nostra merito non cesserit, sed aliquid aliud à redempcione distinctum, nobis meruerit: Aut tertio, quod aliqui actus ad satisfaciendum pro peccatis & promerendam eorum ablutionem, alij autem ad dona gratiarum nobis promerenda sint à Christo destinati: Aut quartò quod anteriorum actuum aliqui ad meritum gratiarum alij ad peccati abstercionem, mortis autem perpeccio, & extremitati crucifixus ad reseracionem ecclesiæ patriæ fuerint à Christo directi: Aut denique quinto, quod unicum Christi meritum etiam in actu primo, ex omnibus eius operibus indissociabiliter contextum, sit inveniendum. (Hec enim omnia, tametsi à varijs recentioribus in hanc rem tradita, vel non satis firma sunt, vel falsa & improbabilia, ut Valsques sigillatim vrgit 3. p. d. 75. cap. 4.) sed quod varia Christi merita varijs eius operibus conserua, collimatim omnia in unum & idem premium salutis nostre, ex peccatorum abstercione, & diuinorum supernaturalium munierum suppeditatione integrare; etiam si peculiariter hoc premium tribuatur passioni, quod Deus noluerit illud rependere anterioribus meritis, quantumvis singula in actu primo essent ad id sufficientissima, nisi haec clausula obsignarentur: que est aperta D. Thomæ sententia quodl. 2. art. 2. & infinitat. Hebr. 2. vbi autor salutis nostra, dicitur per passionem consummatus. Alia in hanc rem protuli superdis, tractans finem aduentus Christi, sub finem capituli secundi, & non pauca Sayrus lib. 5. de Sacram. cap. 6. q. 2.

Obiter, quid, & quibus, Christus meruerit.

: 68. His ita de Christi merito constitutis, non est quod circa obiecta volitionem Christi meritorum, haecem hoc loco. Num quæ Christus meruit nobis explicanda sunt inferius tractando titulum capitis, ubi etiam expendemus an Christus fuerit caput Angelorum, eisque meruerit. Quæ vero spectant ad meritum Christi pro seipso, aut exposta sunt superius, aut per se perspicua videntur. Ostensum enim est Christum non meruisse sibi unione hypostaticam, meruisse autem sibi gratiam, & gloriam anime, & omnia dona spiritualia primaria gratiam sanctificantem consequentia ordinis naturæ. Nec quoad gloriam anime refagantur, (ve videri in speciem posset,) verba illa S. Augustini item. 27.ex 40.nouis. [Vnum erat crucis confortium, non erat vnum præmium. Quid dico? Das Christo præmium, qui dator est præmiorum.] Hæc inquit non aduersantur, cuicunque merito gloria animæ Christi, sed tantum ei quo primùm Christo obiugisse gloria anime per mortem, vt Latroni sancto obtigit, de quo ibi sermo erat. Constat enim non sic obiugisse Christo meritum gloria anime, cum à primo momento sui esse, fuerit beatæ. Per se vero perspicuum videtur, ex innumeris scripturis quas Bellarmine l. 5. de Christo c. 9. & 10. ac Feuard. in append. ad Castum v. Christus heresi 7. appendunt; Christum per Passionem intrasse in sui corporis gloriam, ita ut non modò remotionem impeditiorum eius meruerit, vt Scotus in 3. d. 8. q. vñica §. bcc vñfo, pronunciavit, id estiam directè ipsam corporis gloriam meruerit.

Ex ijsdem quoque sc̄i p̄tūs per se liquet, Christum exaltationem nominis super omne nomen, ac vt Apostolorum Princeps idcirco vocavit, postiores gloriae acceptisse. Vbi duplex error caudendus est. Vnus Theodori Mopueteni de scriptis his verbis à Leonio Byzantio l. 3. contra Nestorium & Eutich. n. 36. In cruce initium Christi agis, pro se quidem non minus quam pro toto mundo mortuorum, tanquam non posset aliter gloriam ascensus in cœlum, & confessus ad dexterā Dei allequi, nisi per martyrium consummatus. ] Hic est error longè etiamissimus, cum & libertati Christi in morte subienda aduersetur, & gloriam natu'li filio debitam velit tanū esse promere, & tantundem sibi quantum nobis meruisse Christum assertat: qua ratione, remissionem peccatorum mensisse sibi Christum optulerit. Quæ omnia sunt Catholico averanda. Alter error hic quoque caudendus est Calvini qui 2. in l. c. 17. §. 6. Christum, nihil sibi promeruisse commentus est: cum tamen Apostolus tam dixerit contestetur, Christum proper hoc exaltatum esse, quia passus est, ita ut humilitas quod habet D. August. træt. 104. in Ioan. charitatis meritum, claritas humilitatis præmium fuerit. Hæc cum sint per se per se, cui nec nisi frigidiissimi rationeculis à Calvinis appetita, non videntur operosius astrenua, robustissime firmanda. Obites tantum vnoeo, non repugnat veritati Catholicae de eo Christi merito. S. Anselmus l. 1. cur Deus homo c. 9. cum late concorditer exaltationē Christi, alter illi quam per mortem fuisse obuenturam. Hoc enim est verissimum, quia titulus filiationis naturalis, debebant Christi omnis honor & gloria. Tantum ergo voluit S. Anselmus: hunc titulum astrenue, non antem aliud quem protulimus meriti titulum excludeat: in quo non est diutius habendum. Quare ad relatas voluntatis Christi perfectiones pergamus, dimissis actibus eius secundis, de quibus haec tenus.

*Transitum ad voluntatis Christi perfectiones in actu primo: Virtutes morales, naturales in ea, ab initio.*

169. Inter actus primos ijsdem actibus secundis cor-

respondentes, alij sunt naturalis ordinis, alij supernaturales & infusi. Naturalis ordinis sunt, virtutes illi mortales quas Philosophi agnoverunt: seu quatuor honestas, non institut regula Christiana, quia non transcedit convenientiam cum homine ut prædicto natura rationali. Has virtutes, pauci conceptis verbis Christo tribuerunt. Diserte tamen eas Christo concessit Alcalanus 4. p. q. 12. memb. art. 1. proferens D. Augustinum 14. Trinit. c. 9. affirmantem virtutes morales pertinere in beatitudine, ne, quod de virtutibus ordinis naturalis accipendum est, quandoquidem ibi S. Augustinus cum Tulio agit, eumque impugnat ob negatam perseverantiam illam, quam de fide virtutibus ordinis natura cogitasse poterat homo Ethnicus. Eodem autem iure, pro hac de Christo sententia proferri possunt omnes Scholastici qui in 3. d. 33. tribunt Beatis virtutes morales, nulla facta restrictione ad solas infusas. Et sane virtutes morales ordinis naturalis, nihil habent aut inferunt quod Christum dedeant, cum neque statui beatitudinis, nec vñioni hypostaticæ vila ex parte aduersentur. Cur ergo hoc quoque decus voluntati Christi negabimus? Non est quidem actus naturalis ordinis per huiusmodi virtutes profusus, & quandus actus infuso & supernaturali: Est tamen bonus, & honestabilis per extrinsecum imperium actus infuso, sustollens in finem suum actionem naturalem ex se despiciatorem & abiectionem. Quare principium eius, non est habendum indignum. Quæ voluntas non exclusis altioribus principijs exorreuerit. Esto aliqua eatum, in Christo & Beatis quibusvis, ob subiecti indefectibilitatem, non habeant idemmet manus quod in nobis; nempe facilius appetitum, eumque velut cogendi, vt velit rationi subfice, & moderationem quam ægræ accipit, inter operandum admittere. Erit tamen his virtutibus semper saluum munus primarium, nempe prompta & expedita subiecti dilectio in honestatem naturalem quam habent propositam.

270. Ex qua ratione inferi Valsques 3. part. d. 4. cap. 2. has virtutes fuisse Christo diuīnus inditus ab initio, cum non deceruit Christum vlo vngam tempore tardum esse in exercenda quomodoberis virtute quacunque. Sed hæc argumentatio facile infringi posset, exemplo scientia acquitata. Aque enim videtur deducere Christum tarditatem in naturalis scientia exercitio: Et tamen Christus non habuit ab initio scientiam naturalem per accidentis infusam, vt supra vidimus. Proferunt quidem nonnulli, discrimina quedam inter scientiam, & virtutes ordinis naturalis, cur illa non debetur ab initio infundi per accidentis: has autem patuerit sic infundi. Sed reuera ægræ satisfaciunt.

Aliates 3. pd. 32. idcirco ait, naturalis scientias non debuisse infundi per accidentis, quia infundendo scientias atque adeo species impressas obiectorum, intellectus agens, cuius munus est ertere species intelligibiles a sensibiliis illustrando phantasias, vacillat à munere proprio, mansisseque perpetuò obitus in Christo, quod est incommodum. Nullum autem tale periculum perpetuò feriandi, immonebat voluntari, ex eo quod acciperet ab inicio habitus moralium virtutum naturalis ordinis. Sed hæc doctrina nititur ruinoſo fundamento. Intellectus enim agens secundum veram Philosophiam plenè alibi stabilitanus, non distinguitur a possibili, nec vilaphantasmatum illustratio, aut specierum ex illis editio, est reuera admittenda: fed cum ad primam intellectu determinatio per sympathiam ab inferiori facultate desors excitata sufficiat, vi actis sic formatis, imprimis species, tanquam vestigium quo recoli possit anterior intellectus, & locus esse vlti actibus intellectus circa illud obiectum negotiationibus. Ex quo patet, quamvis species & scientia ordinis na-

turalis, fuissent Christo per accidens inditae ab initio, nullam eius facultatem perpetuam feriatur: ac proinde dicimus propositum inter scientias, & virtutes naturalis ordinis, evanescit.

Aliud dicimen profert Val. 3.p.d.1. quest. 9.p.2.ad 3.ex eo peticum, quod modus naturalis comparandi virtutes morales, imperfectionem contingat. Beilandum enim est, & obliquandum, ob remum appetitus, qui conflictus, Christum dedecuit, unde per fuit has virtutes infundi illi ab initio, non item naturales scientias, quorum ordinaria auctoratio tali imperfectione vacant. Verum non minores imperfectiones, vulgarium scientiarum auctorationi coniunctas, adducere licet, nisi omnibus essent perspicua. Neque vero illa imperfectione quae preferitur, est de intrinseca ratione acquisitionis naturalis virtutis moralium.

Quare germana ratio discriminis inter scientias & virtutes naturales, cum haec non illae ab initio infundi per accidens Christo debuerint, inde petenda est, quod scientia non facit simpliciter bonum habentem, sicut haec virtus. Cuius proinde carentia etiam sit inculpata, infit decedentiam aliquam, quam ab initio remouerunt a Christo, par fuit. Quod si Adamo haec virtutes fuerint ab initio infusa per accidens, ut fuit concors Theologorum sententia, quam laetabilis Suares l.3. Colopac. i.1. à n.5. quanto magis idem Christo erit inveniendum? Fuerunt igitur Christo inditae haec virtutes iam ab initio. Nec abs re de his quoque virtutibus recipere licet verba S. Basiliij in Psalm. 4. ad illud diluvium & odys imquaratu, quod sic glossat. [Reliqui quidem homines, labore & exercitacione, & attentione] penitentie, asequuntur amorem honesti & probioris, & malitia totius detestationem. Tibi autem naturalis est ad boni prosecutionis proprietas, & iniquitatis fugam perquam familiaris alienatio.]

#### *De virtutibus Theologicae in Christi Voluntate.*

271. Quae de virtutibus moralibus ordinis naturae habentem probabilitatem diximus, fuisse scilicet in Christi voluntate, & quidem ab initio, certa esse debent deplorique virtutibus ordinis supernaturalis, quas non est quod pro duplo statu sectemur, in eas quae sunt rationales, & quae sunt gloriae; quia nulla sunt speciales virtutis voluntatis collata in gloria, diversa ab ijs, que in via fuisse prehabita. Itaque in ordine supernaturali, honorebantur Christi voluntates, primum ex virtutibus Theologicas duae posteriores, spes scilicet & charitas, & virtus pie affectionis adiuncta fidei ad intellectum potestate voluntatis inflectendum & captivandum in obscurum: licet enim haec virtus spectet actum intellectus, inest tamen voluntati, eamque ad virgendum pro potestate intellectum, instruit ac munit.

Hac enim ergo virtutum una, citra vnum dubium fuit in Christo & quidem perfectissime nempe charitas. Spem vero negavit Christo Valentia 3.p.d.t.q.7.p.3. & Polonus 3.p.q.7.art.2. disp. 1.ac Bellarm. in Psalmum 15.v.1. Valentes d.43.c. Sed consequenter ad superiorius constituit, admittenda est in Christo virtus spei, cum Egidio Conine disp. 19. de actibus supernatur. nu. 14.5. & Beccano tract. de Incarn. c. 8. quest. 8. Et ratio est ex supra dictis manifesta. Spes enim est virtus vnius speciei infinita, & ex motu patet. Unde cum ostensum sit, aliquos actus spei in Christum viatores cecidisse, non fuit ei neganda spes. Quamvis non sit dubium, quoniam debet Christo actus ille primarius spei à quo ipsam virtutem spei nomine ducetur est, nempe exercitio animi adversus difficultates obsequientes affectionem famam boni, que Christo semper comprehensori tribu non potest. Quia tamen aliqui spei actus in Christa locum habuerunt, ut supra vidimus, metito eidem habitatione. In quo est latum discrimen, inter si-

Theoph. Raynaldi Christus.

dem ac spem: nam fidei nullus planus aeternus Christo competit, aquae adeo neque habitus. De virtute pie affectionis adiuncta fidei, quamvis contradictionem non innoveret, quod & ipsa & eius actus Christo inserviant; tamen quia actus illius est in Christo planus otiosus, (negue enim in Christum cadebat actus ille, volo credere,) remouenda est à Christo virtus illa pie affectionis qua ex parte ipsum respicit: admittenda vero, qua ex parte poterat Christus diligere in alijs, aeternum credere, que dilecta est actus eiusdem honestatis ac virtutis, cuius est ipsa volatio credendi, ut vniuersae dictum est cum de virtutibus l.i.n.15.3. quamvis entia volitio ut alius credit, non sit actus fidei, tamen collucet eadem moralis honestate, qua volitio qua ego ipse vellem credere, quae est tota moralis honestas reperta in acta fidei: quia cum sit actus pertinens ad intellectum, nulla alia honestate moralis afficitur, quam ea qua ab actu voluntatis imperante perfunditur.

#### *Quae item virtutes morales, per se infusa*

272. Praeter hos actus primos, honestarunt Christi voluntatem virtutes morales per se infusa. Has enim, cum sint gratia sanctificantis connaturale latellitium, dubitate non licet, inditas fuisse Christo, simul cum gratia sanctificante. Tantum dubitatio est potest, de paucis quibusdam virtutibus moralibus, qua quod imperfectionem supponant, vel materiam postulare Christo incongruentem, nullos actus in Christo habuerunt, vel habere poterunt. Exclusis vero actibus, sive defectu materia, sive aliam ob causam, habitus iniustus redditum, frustraque confertur. Quare videri potest, virtutes illas Christi voluntati defuisse. Eiusmodi in primis est penitentia virtus, quam liquet supponere peccatum. Ideoque eam cadere in Christum, negant Vasques 3.p.d.42.c.1. & ad q.85.art.4.dub.2. Ragusa tom. 1.in 3.p.d.68. Valentia t.4. disp. 7.q.2.p.3. & priuera S. Thomas in 4.d.14.q.1.art.3. quæduplicula 3. & S. o. ibid. quest. 2. art. 5. Distinguit Egidius Conine disp. 1. de penitent. num. 19. Nam virtutem ipsam seu habitum, facetur in Christo fuisse: actum, non item, quia supponit peccatum, cui nullus in Christo locus fuit. Et idem dici posse videtur de liberalitate, & magnificencia, ac magnanimitate; quamvis materia Christi defuit. Esto enim habuerit Christus eam habitus, at saltem actum deficiente materia absfuerunt.

273. Mihi tamen nulla virtutum moralium praeditarum, defuisse Christo videtur, sive quoad habitus, sive quoad actus. Nam liberalitas Christi, in pretiosissimis opibus disperiendis eminens splendidissime. Nec enim recte faciunt, qui liberalitatem ad solam sensibilem materiam V. G. pecuniam iam restringentes, eam Christo abrogant; cum tamen liberalitatis verae materia latius pascat, ut Suares recte censuit disp. de Iustitia Dei fecht. 1. à num. 27. Magnificenciam quoque prodidit in structura præcellentissimi operis, quale nemo eorum qui magnificenciam audierunt, vñquam perfectis; nempe Ecclesia sancta. Sed & magnanimitatem heroicam, qua ex parte ad fortitudinem pertinet magnanimitas, exercuisse Christum constat, in grandissimis & arduissimis discriminibus. Nec minus præfusus in Christo magnanitas, Quia ex parte spectat ad Temperantiam, estque generosa animi exercitio, aduersus pulchritudines honorum nostrorum, & gloriae fluxae ac euanienda. Tota enim Christi vita, fuit honorum humanorum, verius summi ac sumi secularis, concutatio. Postrem præsentia quamvis non possit Christo tribui prout respiciens actum à quo vulgo nomen habet; nempe dolorem de peccato proprio per ipsum patre admisso, Christus enim recte etiatis culpam non potuit, qui peccatum non fecit, nec

V. 3 inuen

inventus est dolus in ore eius, ) tamen universalius & abstractius loquendo de penitentia speciali virtute moralis, non videtur dubium, quin sit Christo assignanda. Nam etiam quatenus vel peccatum in genere vel determinate peccatum alienum, ob factam per illud diuinum iuris immunitatem detestatur; intenditque curare pro viribus abductionem alienae voluntatis ab eo admittendo, & satisfacere Deo satagit pro iam admisso. Omnes quippe illi actus, sunt penitentiae virtutis moralis specialis, & in Christo fuerunt. Ac proinde non modis penitentiae habitus, ut cerebus inutilis distinctio, qua superius adducta est, circa alias quoque proxime propriae virtutes explodenda, sed etiam penitentiae actus Christo est concedendus, cum Argentinian in 4.d. 14. quæst. 1. ad 5. & compluribus quos profert Suarez t. 4. 3. p. d. 7. tert. 1. à num. 10. Actus tamen penitentiae, quem præter supra recentissimi tribuit Christo Argentinus, nempe ille, si per impossibile peccatum, detrahatur peccatum, etiam si neque peccandi potentiam supponat, neque aliquid Christum dedecens, remouendus a Christo videtur, tanquam planè vanus & otiosus in voluntate undeconque firmata aduersus peccatum; ita ut impossibile sit illud in eam subingredi; qualis fuit Christi voluntas.

Fuerunt itaque in Christo virtutes morales per se infusa, & quidem ab initio, quia connaturales accessiones gratie sanctificantis, quæ ab initio infusa Christo. [Qua ratione quisquam ambiget, c. ait S. Cyrilus l. 3. pentabibl. c. 4. Quod à perfectione virtutis absit, id esse reprehensioni obnoxium, neque per omnia laudandum, immò vero etiam fortasse de peccati criminis culpanum? Aequum verum est, non fecisse peccatum, neque inventum fuisse dolui in ore eius, ut scriptum est; Perfectissimus ergo erat omni ex parte eiusmodi vir, neque vlo modo quidquam illi deerat ad absolutam, perfectamque virtutem. Quando autem fuit minus in virtute perfectus, qui etiam in utero Deus erat? de quo etiam Propheta dicit Elaias: *Butyrum & mel comedet; antequam sciat vel eligat mala, eligat bonum; quia antequam sciat puer bonum aut malum, repugnabit improbitari, ut eligat bonum. Undenam igitur tibi suspetit, virtus imperfectionem in Christo demonstrare, quæ illæ progressionis indiget, qui adeò est absolutus, ut uniuersæ improbitati repugnet, præferatque illi, immò vero solam eligat virtutem?*] Vides virtutum plenitudinem & consummationem, fuisse in Christo ab initio, iuxta Cyrilum, Nam etiam erat in illo natura virtutum, ut dixit Orig. hom. 2. in Psal. 38. id est Deitas, è quæ veluti fonte virtutum, humanitas perfundebatur fluentis illis: & quia vno humanitas cum Verbo fuit ab initio, sicut quoque illa ab initio fuit.

#### Dona Spiritus sancti, in Christi voluntate.

274. Quia vero dona Spiritus sancti spectantia ad voluntatem, eisdem cum virtutibus denominationis, non discrepant à virtutibus: propterea eadem opera probatum manet, dona Spiritus sancti ad voluntatem spectantia, Christi voluntatem exornasse ab initio. Non me later, apud plerosque dona Spiritus sancti ad voluntatem spectantia, distinguunt à virtutibus moralibus infusa voluntati, sicut dona spectantia ad intellectum, distinguuntur à deo, quæ est virtus infusa intellectu: quod scilicet Suarez l. 6. de gratia cap. 10. nu. 5. & l. 2. c. 2. t. nu. 4. & Salas 1. 2. tract. 12. d. p. vñica nu. 7. tametsi non nihil ambiguum, ut & Malerus 2. 2. ad quæst. 9. Senteantia tamen cui adhaesi, est plurimorum Scholasticorum, nominatimque Scotti, Gabrieles, Majoris, & Palacij in 3.d. 34. itemque Gabrieles Vasques 3. p. d. 4. nu. 7. nec non Almaini tract. 3. moral. c. 13. & Gerlonis tract. de donis Spiritus sancti, & ante hos omnes Alziodorensis l. 3. summa tract. 11. à cap. 1. Et suffragatur ratio; deest enim planè fundamentum distinctionis inter virtutes morales infusa, & dona ejusdem denominationis. Quid enim aliud facit pietas, aut fortitudo quæ est donum, quam quod faciunt pietas & fortitudo quæ sunt virtutes.

Aiunt alii dona regulati per superiorē & extraordinariam regulam, nonne per motionem & instinctum Spiritus sancti, sapientiam discordantem à communibus regulis: idque ad distinctionem donorum à virtutibus satis esse, cum dona circa eandem materiam operentur auctiori modo. Ita Suarez callo 2. t. num. 5. E contrario autem Salas 1. 2. tract. illo 1. d. p. vñica. 6. 19. dona circa eandem materiam operari depresso modo, & idcirco virtutibus sibi cognominibus, ignoribilia esse contendit. Sed quod ad rem praesentem attinet, neuter recte colligit specificam donorum & virtutum diversitatem, ex diversitate regula. Nam licet ea specifica diversitas penes regulas, haberi possit agendo de ordinibus diversis, ut liquet de virtutibus naturalibus, compatit ad virtutes per se infusa eisdem denominationis, quæ specie distinguuntur, nec nisi penes exigentiam diversa regula: Tamen cum sit ista in ea eandem ordinem, diversitas regule non suffici ad essentiale discrimen regulatorum, aliqui virtutes Christi morales per se infusa, quæ per fidem non regulabantur sicut nostra, secerterentur ab eis specificè. Nostra item virtutes, in via, vbi per fidem regulantur, discrepant specificè a se ipsis specificat in patria, vbi alia regula diriguntur. Quam multæ item virtutes infusa, in nobis eadem regula dirigente reglanter, nempe sicut: Igitur cum sit ista in ea eadem ordinem, varietas regula non est indicium variacionis obiectivæ, vnde diversitas specifica existit: atque adeò quod virtus moralis exercetur ex motione speciali & extraordinaria, vel ex ordinaria, perinde est: quia eadem utrobius splendet supernaturalis honestas, ac proinde regula est ubique formaliter eadem. Nisi si quis absurdè admittat, actus fidei, spei, & charitatis, cum ex motione extraordinaria elicuntur, differre specie a se ipsis prout communi modo exercentur: aut actus virtutum moralium ex eo quod sicut heroicæ specie, discriminari à communibus. Malo minus autem videri debent secerterentur specie, dona voluntatibus infusa eisdem nominis, si verum est donorum & virtutum actus esse eisdem: ita ut eadem operatio sit doni, ut sit ex speciali instudia; & virtus infusa, prout ex tali motu exercetur, quæ est lenititia Valentia. 1. 2. d. 5. quæst. 8. p. 1. Ut quid enim peccatiarem & nouum habitu communiscamur, vbi vicinus est actus, & ex eodem motu profusus?

275. Sed hæc obiter dicta sunto, alibi diffusus per sequenda. Nunc enim non nisi in transuerso sunt talia, tantum ut constaret, non esse in Christi voluntate querendam diversam perfectionem à donis, & diversam à virtutibus per se infusa eisdem denominationis, cum dona à virtutibus non discerpent. Nec refert, quod dona voluntatis ab Isaia cap. 11. recentita, in Chilo non sint nisi tria: fortitudinis nimis, pietatis, ac timoris: virtutes autem morales infusa, sunt longè plures. Hoc inquam non refert. Nam Isaia non coguit de exprimendis omnibus Christi donis, sed præcipua quadam quæ ad rem faciebant memorias contentus reliqua silentio prescit, non tamen exclusit, vel negavit: idque videretur per se perspicuum, quia quo iure fortitude proponitur ut speciale donum, eodem iustitia quoque & temperantia potiusque ut dona specialia numerari. Nec caritatem obtorsione aliqua, quod Suarez lib. 2. de gratia cap. 21. num. 16. & 22. dona quoque his virtutibus correspondunt, vult ab Isaia expressa, sed synecdochice: institutam nomine pietatis sive religionis, & temperantiam nomine timoris reverentiales, pertinentis ad humilitatem temperantiae subiectam. Expeditus videtur, allucere non omnia dona

nūmerata esse ab Isaia. Si autem omnia numerarentur, sequentur esse numero, virtutes per se infusas voluntati. Fuit ergo in Christo virtutum plenitudo, & vt loquitur Petrus Celleensis l. de passibus cap. 6. [Rex iste virtutum, omnium gratiarum curiam, in peccato, & in anima sua copioacavit.] Pulchre item. Autor tract. de pass. apud Bernardum cap. 16. [Nullus flos, id est, nullus actus, per quemcumque florē significata, decit virtutis nostras. Que enim virtus decet, in Domino virtutem?] Virtutum ex virtutibus factum, dicere licet, virtutum Boëtii phras. lib. 2. de consol. cap. 4. & Tertulliani l. 3. in Marcio. cap. 9.

## Beautitudines, in Christi voluntate.

276. Eadem ex causa ex qua constitutum est, fuisse in Christo dona habitualia Spiritus sancti, statuendum est fuisse quoque in Christo habitus correspondentes beatitudinibus, ut vocant. Nam beatitudines actuales, nihil aliud sunt quā actus virtutum infusarum habentur, quatenus peculiari quadam ratione conducunt ad illam beatitudinem consequendam, quæ consistunt præmissis assignatis à Christo prædictis illustrissimis actibus virtutum, ut tradit Gabriel. in 3. d. 34. confidit vobis. Nec aliud voluerunt Gerol. tract. de beatitudinibus, & alii, qui beatitudines à donis Spiritus sancti, & à virtutibus distinxerunt. Tantum quippe voluerant, actus illos ad beatitudinem illis in Evangelio propositorum comparandam precellentes, non esse vires actus virtutum aut donorum, sed eximios duxerat. Distinctio autem specifica beatitudinum à virtutibus & donis, nec in Scriptura & Patribus fundamentaliter habet, nec solida ratione stabiliti potest. Quia enim diversam rationem formalem motivam diligenter licet beatitudinibus actualibus, quæ non sit actus donorum sicut virtutum communis? Imo admodum verisimile est, actus quosecumque donorum & virtutum infusarum ad voluntatem pertinuentem, posse dei beatitudines, prout interaerant talium actuum pertinet, ad extimum illud bonum quod eis in Evangelio attribuitur; putat habere speciales ius ad regnum celorum, possidere terram, videre Deum, & alia Machei 1. & Luce 7. enumerata, vel alia similia quæ correspondunt possunt aliis donorum aut infusarum virtutum actibus, præter illos quos Christus recensuit, quia non intererant, recensere omnes: Itaque cum alias beatitudinum non discrepant ab actibus virtutum sicut donorum, perspicue sequitur, beatitudines habituales non discrepare ab habitibus virtutum atque donorum. Proindeque sicut in Christi voluntate, hanc dona atque virtutes ad voluntatem pertinentias, ita & beatitudines habituales atque actuales, de quibus est illud Origenis homil. 38. in Lucam. [Omnis beatitudines quas locutus est in Evangelio Iesus, sic firmat exemplo & quod docuit proprio testimonio probat. Beati, (inquit), mites. Huic simile est de semper. Dicit à me quoniam milis sum. Beati pacifici: Et quis alius ista pacificus, ut Dominus meus Iesus, qui est pax nostra, qui solo inimicium, & in sua eam carnem deflexit? Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Nemo sic persecutionem passus est proprius iustitiam, ut Dominus Iesus, qui pro peccatis nostris crucifixus est. Omnes igitur beatitudines in feme-ripi-fo Domini ostendit. Ad quam similitudinem etiam illud quod dixerat. Beati flentes, ipse fleuit, ut huius quoque beatitudinis faceret fundamenta.]

## Summa capituli, &amp; usus doctrine.

277. Brevisculus capituli hic esto. In Christo locum habentes omnes actus humana voluntatis, ordinis naturæ, gracie, & glorie; efficaces, & inefficaces statum Christi non dedecentes; nominatimque inter naturas actus voluntatis, & electio. Inter infusos vo-

tum & iuramentum, amotique à beatifico distinctus, reverentialis timor Dei, ac spes actualis quorundam obiectorum, & specialiter gloria corporis; denique inter actus gloriae, delectatio beatifica perennis, nullo inquam dolorum cumulo intercisa. Et nos potuit quidem in voluntibus ad duos extremos ordines spectantibus, fundati meritum: fundatum tamen est in voluntibus secundi ordinis; cum respectu nostri, cum etiam respectu minutorum quorundam ipsius Christi bonorum, ut exaltationis, & gloria corporis. Omnes denique virtutes, prædictis Christum non dedecentibus actibus correspondentes, Christo inextiterunt, pertinencia ac spes habituali non exclusa, ac caritate pro gratia & gloria ordine ciuidem cum nostra rationis retenta; nec multiplicata essentialiter. Quia vero donorum Spiritus sancti actualium voluntati inserviant, nec non beatitudinum Evangelicarum principia, à virtutibus non discrepant; dona quoque illa primordialis, & beatitudinis fontes, voluntati Christi inextirpabiles, ratus esto.

Volum doctrinae copiosum suppeditabit caput sequens.

## CAPVT V.

Hortus Domini sigillatim instratus; sine exquisita perfectionis præcipuarum Christi virtutum, specialis expressio, magnam partem ex Patrum Symbolis.

278. Monstratum haec tenus est, fuisse in Christi voluntate, virtutum omnium statu beatitudo consentanearum perfectiones, que est illa corona gloria qua coronandum Christum prophetauerat Salomon, in interprete B. Ambrosio serm. 1. in Psal. 1. 5. in prefatione. Hesychius vero lib. 2. in Levit. cap. 8. ait hoc esse rationale iudicium duodecim preiosis lapidis exornatum. Concedo item Rupertus lib. 1. de oper. Spiritus sancti cap. 18 hac ipsa ex causa, animam Christi vocat paradisum deliciarum, in quo constat visans omnium generis plantæ frugiferæ. Et cap. 20. cur Spiritus sanctus in Christum species columba, non flamme, aliæ aliqua descendenter, rationem inde peti, quod tota gratia & donorum ac virtutum eam affectantem plenitudo, non pars dumtaxat eius aliqua, Christo si collata: quod per animal multimedie scire expressum, obseruat.

## Christi voluntas, hortus virtutum omnium.

Autor tract. de pass. Dom. apud Bernardum cap. 16. videretur ut omnium florum hortum, voluntatem Christi proponere. [Nam (inquit) propterea exinanivit secundum formam servi accipiens, & plantatus est in terra nostra, & corporis nostri deformitatem accepit, frondosus, & floruit, & fructus plurimos atrulit; ut per hoc quod nostra humanitati viritus est, suæ diminutati nos viret. Sed quia sine flore non permanens ad fructum, floruit ille benignus, Iesus. Qui sunt flores eius, nisi virtutes?] Numerat paulò post specialiter, in his floribus, violam humilitatis, lilium castitatis, rosa patientiae & caritatis, & florē abstineniae, quem crocum dicunt. Estque haec virtutum Christi comparatio, cum amenissima, tum commendissima. Quamquam autem Christum sub ratione unius floris sibi proponant Patres & Scriptura, idque ad hoc Christi decus considerandom, recte astimanti posset sufficiens videri, iuxta Origenis sententiam l. 5. contra Celsum, ubi Christum ipsam virtutem esse ait, non hanc illam, sed communiter virtutem: tamen sigillatim haec ornamenta spectare, utilius erit. Ideoque proposui lustrationem horti, in quo scilicet non unus, sed omnes spectantur flores virtutum. Nec est ea appellatio nota.